

tabellione petere debet suæ appellationis testimonium, vulgo dicuntur, apostolos, postquam illos in libello appellationis, sibi dari legitime efflagitauerit, Clem. 2. de appell. l. 1. tit. 18. lib. 4. Recopilat. quod si iudex terminum non assignauerit, intra terminum à iure præfixum coram superioribus sui copiam faciet appellans iure Canonico intra triginta dies ab in-
 5 timatione sententiæ apostoli peti debent, capit. ab eo, de appellat. lib. 6. Marant. 6. part. tit. de appellat. numer. 209. teneturque intra annum, vel

biennium ex causa appellationem prosecui, capit. cum sit Romana; de appellat. clem. sicut, eod. tit. iure vero ciuili intra terminum l. 2. & l. 15. d. tit. 18. lib. 4. Recop. iunctis à nostris in locis supra relatis traditis, qui videndi erunt pro forma supplicationis in secunda instantia, & in secunda supplicatione, quid obseruari debeat, scripsit latè Auendan. tract. de supplicatione, de las mil y quinientas doblas, & Paz 1. tom. 7. part. c. vnic. Azeuedo, in l. 1. tit. 20. lib. 4. nouæ Recop.



MANVDV



MANVDVCTIONVM IVRIS CIVILIS, ET REGII HISPANI

Ad praxim, siue manualis aduocatorum, & tyronum iudicum
 promptuarij, libri singularis,

PARS SECVNDA;

*Aduocatum, & Iudicem, quo ordine processum, & causam in executiuis
 negotiis formare, instituire, & examinare
 debeant, docens.*

PRÆLVDA.

De rei argumento, & rerum iudicarum
 autoritate, §. 1.

SVMARIA.

- 1 Sententiarum iudicarumque rerum, magna, & publica autoritas, & eius ratio.
- 2 Iudicatio, qui Athenis non parebat de vi publica tenebatur, & qualis apud Romanos eius autoritas.
- 3 Litiu suam imponi, è republica est.
- 4 Sententiam propria quis exequi autoritate non potest, quia qui ius sibi dicit, eius amissione plectitur.
- 5 Iudicati bona, qui propria autoritate occupat furti, & vi bonorum raptorum actione tenetur.
- 6 Sententias, nec eorum executio eas sequatur, parum est à iudicibus proferri.
- 7 Edictum Prætoris de vi, & iudicati autoritate.
- 8 Commendatio tractationis, & materia, de re iudicata, effectu sententiarum, interlocutionibus.

Res iudicatæ, quia actæ, & transactæ sunt, disquisitis omnium sententiis, causa utrinque à amplissime cognita, de nique omnibus circumstantiis, rerum, personarum, temporumque adhibitis, hanc autoritatem adeptæ sunt, vt vix vnquam infirmari, rescindiue possint, cum, si id agatur, breui actum sit de re publica, vt grauius, & doctè admonuit Petr. Arodius. lib. singulari, de origine, & auctoritate iudiciorum, pag. 7. ad finem Non enim iam tam inter-
 est eius, qui vicit sententiam non rescindi, quam publicè esse aliquem litiu finem, & magistratum, vt-
 cumque aliter fecerit, perpetuo atamen existimari rectè, & ordine iudicasse. Vnde † Athenis, qui ante iudicatum priuata actione conueniebatur post iudi-
 1 Anonij Piccardi Præf. Institum.

catu ni satisfacisset, de vi publica tenebatur quia (& aduersus Midiam Demosthenes scribit) non parendo iudicatio, non tam læduntur utilitates singulorum, quam iura, & leges, capite, & autoritate minuntur. Vnde rectè Cicero pro Sylla ait: *Rebus iudicatis rem publicam continere, ne rescindatur iudicia, à quibus prouocari non potest, & in oratione pro Aulo Cluentio. Extrema impudentia esse iudicia labefacturi conari, & in oratione de lege Agraria. Rerum iudicarum infirmationis ciuitatum afflictarum, perditis iam rebus extremos exiliorum solere esse exitus. Apud Romanos iudicatum ius ciuile & profitemur*) quanta rerum iudicarum sit autoritas, quanta vis, & quantopere ea teneantur ignotum non est, quia nimirum nihil agit sententia iudicis ad ius nostrum consequendum, nisi ei pareatur. Vnde, & ius constitutum habemus, vt rebus iudicatis stari oporteat, siue iudex æquum dixerit, siue iniqum, dummodo prouocatum non sit. Ex quo illa sunt rebus iudicatis, à quibus prouocatum non est, standum esse, l. 1. C. hoc tit. leg. cum prolati 3 2. in fin. inf. eodem. Item res iudicatas, siue sententias rescindi non posse, l. 2. C. sent. rescind. non posse, haberi pro veritate, l. res iudicata. 207. ff. de reg. iur. nec post eas queri amplius quicquam posse pati. l. post rem iudicatam. 56. inf. hoc tit. frustra contra eas ostendi Principis rescripta, aut instrumenta, de nouo reperta. Imperatores, 35. inf. hoc tit. l. 1. C. quando prouocare non est necesse. Hæc ita statui in primis conueniebat. Nam cum præcipuus iuris finis, quo omnia tendunt, vt quis id quod suum est consequatur, sit, vt iustitiæ definitio ostendit, de qua multa nos apud Iustinianum nostrum, in principio instit. de instit. & iur. si id non ferret, rebusque iudicatis non staretur, nemo vnquam ad ius suum peruenire posset, cum semper is, cum quo ageretur, posset causari se non deuisse, eoque se immerito condemnatum. Item nullus esset litiu finis, quo malo nihil est paci, & concordia Ciuium, (quibus rebus maxime stant republicæ) magis contrarium. † Ergo cum omnibus aliis in rebus propter publicam utilitatem finiendis

finiendis litibus maxime studuerint legislatores, l. 1. ff. de vocatione. text. in principio in h. eod. l. fin. ff. pro suo, quo respicit Cicero, in oratione pro Aulo Cecinna, dum vocationem vocat, sinem periculi, & sollicitudinis litium, quo etiam respicit, l. 3. §. tamen si, ff. de receptis arbit. l. quidam existimauerunt, 21. in fin. ff. si cer. pet. l. 1. C. de iud. c. finem litibus, 5. de dol. & cont. Clem. dispensatio, 2. de iud. cum multis congestis à Luca de Pena, in l. i. litibus, C. de agr. & cen. lib. 11. Carliano Cotta, in memorabilibus iuris, verbo, *lites cito*. Rodolpho Fortnerio, lib. 3. rerum quotidian. cap. 1. concordat. l. 12. tit. 4. part. 3. Præcipue in iudiciis, quæ dirimendarum litium causa constituta fuerunt, huius rei fuit consulendum. Tum maxime cum is, cuius in fauorem sententia dicta est, illa propria exequi authoritate non possit, necius sibi dicere, lege vnica, Cod. ne quis in sua causa, l. 1. o. r. 4. part. 3. Greg. Lopez, in l. fin. tit. 24. par. 4. Bart. in l. siquis ex aliena. 4. ff. de iud. quod si facere audeat, iuris amissione pletereur ex sententia, lege extar. 1. §. leg. fin. ff. de eo quod metus causa, lege creditoris, 7. fin. ff. ad leg. Iul. de vi priuata, l. 1. ff. quod legatorum, l. si ex stipulatione, 6. ff. de acquir. possell. 3. C. de vi bonorum rapt. l. siquis in tantam, 7. C. vnde vi. l. 1. tit. 17. lib. 5. lege 2. tit. 1. 3. lib. 8. nouæ Recopilationis. Quinimo si iudicatus bona sua autoritate distraxisset furti actione, & vi bonorum raptor. et teneatur, l. miles, 6. §. 2. infr. hoc tit. Parumque est sententias dici, & inter litigantes de iure profecti, nisi dicta, & prolata sententia executioni mandaretur, argum. l. 2. §. post originem, col. 4. verfic. parum, ff. de origine iuris, cap. 3. §. praterea, de electione, lib. 6. l. 1. tit. 1. par. 1. l. 5. tit. 4. par. 3. Opportune prætoris edictum, de ea re propositum fuit. Quod ad veterum imitationem informatum sigillarim recenset, Hugo Donell lib. 27. comm. de iure Ciuili, in principio, quo condemnationem, vt pecuniam soluat, nisi sententia pateat, pignoribus, capius compellendum esse pollicetur, l. 4. §. ait Prætor, infr. eodem si oportuerit, manu etiam militari adhibita, lege qui restituerit, 8. in princ. ff. de rei vindic. l. 2. tit. 27. par. 3. qua in re eiusque explicatione, cum totus iste tractatus, qui, de re iudicata, inscribitur consumatur, maxime è republica, vestra que priuata utilitate futurum existimauit, si methodica apertiorique enarratione, quam hæcenus fecerint alij, eum vobis exponam, prætermittissimè generalibus quibusdam, vix ordinem in sententiarum, aliorumque instrumentorum, quæ earum vim habent, executionibus obseruandum, iuxta hodiernam etiam praxim, annectam: propterea, in sedibus omnibus huius tractationis legibus, & capitibus, quæ sine ordine, & tumuluarie à Triboniano sunt artexa, enarratis Ergo vt iustitias huius rei commendatione non eget, ipsa enim se ostendit, vt alias inquit Vlpian. in l. 1. ff. de integ. restit. licet ab ea, & antiquiores & iuniores interpretes tractatum hunc exordiantur Alexand. namque maxime amplam, & solemnem materiam auro, & honore plenam habere testatur: Iaso illius utilitatem ad eò patere, vt commendatione non eget, Guido Papæ notabilem esse, & qui semper versetur, in practica, Duarenus ideo se peculiare ad eum commentarios, scripsisse, quod eo in iudiciis, & foro nullus sit frequentior, & vltior, quodque vix in vlla parte iuris nodi repertiarum difficiliorum, quam in hoc tractatu, qui ad res iudicatas spectat Hugo Donellus, d. lib. 27. le quoque sigillarim omnes tituli, de re iudicata leges exponere voluisse scribit, quod in primis ad vsum pertineret, nec satis sit ab alijs explicatus. Quæ & ego ideo præfati volui, vt & me ad legendum diligentiorum, & vos simul ad audiendum alacriores, & attentiores efficiam. Recte enim Cicero, lib. 3. officiorum, *Cum aliqua species vtilitatis obiecta est, nos com-*

moueri necesse est, & quæ quotidiana sunt tractanda plenius, & favorabilius admittenda, l. legauit, 26. ff. de liberatione legata. * Antequam tamen veterius progrediar, illud præmittere libuit, an tanta rerum iudicatarum sit auctoritas, vt etiam si aperte iniquitatem contineant eis standum sit, (sunt enim pugnantia iura, in l. seruo inuito 65. §. cum Prætor, ff. ad Trebellianum, l. si fundus, 16. §. si plures, ff. de pignoribus, in l. 1. §. fin. ff. de questionibus, cap. inter cæteras, de re iudicata. Ego non esse defendendas (præcipue apud suprema tribunalia) si iniquitatem contineant manifestam magis probo : vt rectè animaduertunt Matth. de Afflict. & ad eum Vttilis, de c. 1. 79. & 215. latè Io. Garcia qui de eorum iurium conciliatione agit, de nob. gl. 6. §. 2. per tot. & gl. 21. n. 7. 2. & seq. multa Don. ad l. Diuus, 3. §. ff. de re iudicata.

De re iudicata, eius & sententia definitione, & interpretatione primæ partis rubricæ, l. 1. l. 4. §. tit. Prætor, l. Præfcs, 27. in fin. l. Pomponius, § 6. l. in summ. § 9 (alias, l. in sententiis) in princ. & §. 1. cum alijs, ff. de re iud. §. 2.

SUMMARI A.

- 1 Res verbum latissime patet.
- 2 Res de qua litis, causas, & veteris, de ea formula allata, & nu. 4. & 5.
- 3 Res iudicata idem sapè, quod sententia, & nu. 7.
- 4 Res iudicata, quid diuersimò à sententia, quomodo intelligendum.
- 6 Edictum Prætoris, de re iudicata, & quomodo ea vox in eo vsurpetur.
- 8 Sententia est iudicis pronuntiatio, qua condemnatione, vel absolutione controversiæ finem imponit, qua definitio, & exponitur, & defenditur, nu. seq.
- 9 Sententiam iudex profert, non priuatus alius, qui iudex non est.
- 10 Sententia pronuntiatio est, ante pronuntiationem non est sententia.
- 11 Clausula, Alilo pronunciamos, y mandamos en estos escriptos, y por ellos, vnde originem sumpsit.
- 12 Recusatio, quo tempore interponi possit.
- 13 Res, lites, & causa multis modis finitur: illa vero res iudicata dicitur, qua finem pronuntiatione tantum accepit.
- 14 Sententia necessario condemnationem, vel absolutionem continere debet, & nu. 17. & quid iure Elissiano, num. 18.
- 15 A, littera, absolutionis nota, C. condemnationis. N. L. dubij iudicis animi expressio.
- 16 Ius Regni Hispani, quo in supremis tribunalibus, & alijs causis ad alios indices remittitur, veteris refertur.
- 19 Sententia controversiæ omnibus finem imponere debet, & id quomodo intelligendum.
- 20 Res iudicata, an etiam ea sententia dicatur à qua appellari licet.
- 21 Sententia certa esse, nullamque ambiguitatem continere debet, quæ ex actibus non aperitur, & nu. 23.
- 22 Acta processus vehiculum ad sententiam quare dicantur.
- 24 Sententia conditionalis sententia nomen non meretur.

Continet huius nostri tituli epigraphæ, siue inscriptio, tres partes, quarum prior est de re iudicata, de cuius definitione, cum statim Modestinus agit primo huius tit. cap. de eius significatione præferti aliqua oportet. Ergo quamuis verbum, res, latissime pateat, l. 1. ff. de reb. cre. d. rei, §. 1. nominis, & rei, 6. ff. de verb. signif. dixi iurub. lib. n. 2. Infr. de ret. diu. sione. Inter reliqua tamen causam, & licè significat, 2 quod

quod Aufonius in monosyllabis eleganti carmine expressit.

Imperium, litem, Venerem, cur vna notes res?
Et Horatius, lib. 1. satyr. 9. Vnde olim summe dubitatum fuisse inter famularios in oratione pro Muræna Cicero tradit, re an litem dici oporteret, qua de causa vtrumque verbum in actionum ciuilium solemnitibus sub distinctione efferebatur, quam rem, siue litem dicere oportet, vt ex Varone, lib. 6. de lingua Latina, refert Brilonius, lib. 16. de verb. sign. quo sensu accipies verba, l. si defunctus, 9. ubi: *Vel de re, vel de lite competere actiones*, C. d. suis & legit. hered. & solemnem formulam rerum à Fecialib. (penes quos belli, paciæque faciendæ ius erat) repetendum, quæ à Livio, lib. 1. ponitur. *Quarum rerum, litem, causarum condixit Pater, Patrusque populi Romani Quiritium Patriparato Prætorum Latronorum, hoc est, quas res, lites, causas Pater patrusque denunciant.* Vnde rem amittere est litem amittere, in l. Diuus, §. ff. de integr. rest. in l. si sine iudice, 21. §. Marcellus, ff. rem ratam hab. & rem differri, est litem differri, l. 3. §. Iulianus, ff. de liber. exhib. cum alijs quorum meminit Beison, vbi sup. quo eodem sensu accipitur, in l. Papinianus, 8. §. siquis post ff. de inoffic. test. in l. litigatorib. 14. C. de appell.

Vnde fit, quod est verum sit, rem iudicatam idem sapè, ac sententiam significare, cum prolatis, 32. in fin. infr. h. t. l. C. eod. l. C. sent. rescind. non posse, 3. & 4. C. de executione rei iudicate, iuncta l. à D. Pio, 15. infr. h. t. l. 2. & per totum, C. quibus res iudicata non nocet, & toto tit. D. de except. rei iudic. cum dilectus, 32. in fin. de elect. c. cum inter, 3. extr. h. t. elem. 1. de appellat. cum alijs, quæ tradit Ripa hic, nu. 5. Berouis in rubr. de appell. num. 1. in fin. & Maranta, de ord. iud. 6. par. act. 1. num. 128. qui his iurib. ducti frustra inter hæc discrimen constitui opinantur, non tamen minus frequenter & proprie accipitur pro ipsa re, lite, causa, seu questione, cui per sententiam iudicis finis inicitur, & qua amplius appellari non potest, vt sic sententia se habeat per modum agentis, cum causæ finem imponat, res vero iudicata per modum patientis, cum pronuntiatione iudicis finem accipiat, vt rectè considerantur Bar. Ang. Cumanus, Iaso, Guido Papæ, & Duaren. in hac. l. 1. cecius, & Maynerius num. 5. in l. res iudicat. a. 207. ff. de regul. iur. Io. Robert. lib. 1. sentent. cap. 24. Caius, & Vvelembec. in paratit. h. tit. quib. & Dionisij Gotfredus assentitur in notis ad hanc, l. lit. G. etenim, vt doctè, inquit, Hugo Don. hic cum re controuersa res sit, de qua iudicamus, & sententia nostra sit illud, quod sentimus, & iudicamus, rectè verumque res iudicata appellatur, siquidem illud dicitur à nobis iudicari, & de quo iudicamus & quod iudicamus.

Ex quibus fluid interpretatio verborum nostræ rubr. de re iudicata, hoc est, de questione, causa, lite, quæ sententia ex pronuntiatione iudicis finem accipit, quomodo vsurpauit Modest. I. C. in hac nostra. l. 1. dum ait. *Res iudicata dicitur, quæ finem controversiarum pronuntiatione iudicis accepit*, apud quem rei iudicata, in prima illa significatione ponitur: & à sententia, eo quo diximus modo distinguitur, quemadmodum, & in rub. extra eodem, & C. h. tit. & C. de sentent. & interloc. omnium iudic. cum multis alijs illius libri 7. Codicis. Quæ si interpretatio, quæ & Brillon. lib. 17. de ver. signif. verb. *sententia dicitur*,) placuit vehementer, confirmatur verbis edicti Prætoris de cuius interpretatione, in h. t. C. tractant; *Si res de qua agitur ab eo cuius de ea re iudicatio est, iudicata esse dicitur, &c.* Ex quibus constat de ipsa re, siue controversia, quæ finem accipit sententia, Prætorum locutum, rem iudicatam eo sensu, in h. accipi, & definiti debere, & à sententia distingui. Quemadmodum, & Cicero fecit, lib. 2. de inuentione, dum inquit. *Iudicatum est, id de quo aliquid, aut aliquorum sententia Antonij Pichardi Præct. Institut.*

constitutum est, sententia est, ipsa pronuntiatio iudicis, sic dicta, quia quod sentis pronunciat.

Deinde ex eisdem, & nostra hac l. 1. paulatim sententia definitio inferetur, nam si res iudicata dicitur, quæ pronuntiatione iudicis, condemnatione, vel absolutione, finem contouersiarum accipit, necessario sententia illa erit: quæ eo modo finem imponit (sunt etenim hæc ita conuincta, vt sepeari nequeant quo fit, vt & alterum pro altero sæpe sumatur vt diximus, nu. 1. & 2. & vt posito, & definito vno alterum quoque, quod ei ex aduerso responderi statui, & definiti videatur, ex regula text. in princ. in h. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, iunctis ibidem à nobis traditis.

Sic ergo sententiæ definitionem conficies, vt sit *Iudicis pronuntiatio, qua condemnatione, vel absolutione controversiæ finem imponit, sic colligitur ex nostra. l. 1. Præfcs, 3. C. de sentent. & interloc. l. dicere, 23. iuncta l. 1. Alius tituli, ff. de recept. arbit. cap. 2. extra hoc tit. l. 1. tit. 2. l. 7. tit. 3. part. 3. & ex communi, quam refert Maranta, in praxi, 3. part. 6. p. principalis, num. 1. verfic. *uenio ad primam questionem*. Rodericus Suarez, allegatio, 4. num. fin. decisio. Pedemontana, 1. num. 32. Sebastianus Medicus, tract. de definitionibus cap. 1. 1. pag. 215. & quamuis Petri. Faber, in dict. l. res iudicata, 107. ff. de regitur. aliam definitionem afferat, docens *sententiam esse, quæ elapsis diebus decem, nullo iuris remedio attentari potest*, à qua non longe est alia, quæ traditur à Georgio Lauteribgo, in bello definitionum iuris, quippe. *Veritate inter partes in dubium versam per definitiuam sententiam iustam non retrahendam, neque suspensam efficaciter declaratum*, in multis tamen peccat, & quod hi præcipue in nostra desiderant, exprimitur satis à Modestino, in hac. l. 1. dum inquit per rem iudicatam contouersus finem imponi, appetè ostendens omnem appellatum, & amplius ligandi viam penitus esse præclusam; de qua re paulò inferius ad Accur. hic interim animaduertes definitionem hanc omnibus suis constare partibus loco generis dicit pronuntiationem, nam interlocutiones (de quibus seq. cap.) pronuntiationes sunt reliqua omnia verba sunt loco differentia, nulli enim alij pronuntiatione litem finire, contouersusque omnibus finem imponere condemnatione, vel absolutione, nisi sententiæ definitiuæ competat. Præterea inuenies reliquis omnibus constare partibus, causa finali, formali, efficien. & materia, sine, siue effectu, ibi: *finem*, materia ibi, *contouersarum*, instrumentali, & formali: ibi *pronuntiatione*, & ibi: *Condemnatione, vel absolutione*, efficiente, ibi, *iudicis*.*

At definitio, *iudicis pronuntiatio*, in primis enim eum, qui sententiam dicit, iudicem esse oportet, id cum indubitati iuris sit exintegris titulis, ff. de iurisd. omn. iud. cum multis alijs toto tit. de iudicijs, & foro comp. apud Pontificos, & latè obseruatis à Roberto Matanta, de ordine iud. 4. par. dist. 3. cum seq. Gundifaluo de Paz. in praxi. 1. p. 1. com. 1. temp. ex. nu. 1. tum maxime ex prætoris edicto cuius sup. nu. 6. meminimus relato ab Vlpiano, in l. ait Prætor, 5. infr. hoc tit. ibi: *Cuius de ea re iudicatio erit* (quem bene ibi explicat Nonellus) & extic. C. si à non comp. iudice fuerit iudicatur. Præterea autem pronuntiatione, quia ipsa sententia pronuntiatio est, cum prolatis, 32. infr. eodem, l. 1. §. vlt. ff. ad Turpill. & in scriptis dati, & profertur debet, l. statutus, 3. iuncta auth. seq. C. de sent. ex periculo recitandis, §. curare, iuncta gl. verbo, *sententiam*. Infr. de actionib. bonæ text. in hoc tit. lib. 6. vbi que notant Doctores, Maranta, vbi sup. 6. p. actu. 1. nu. 57. Paz. vbi sup. 12. temp. nu. 13. Vnde & fluid frequens clausula in sententijs. *Assilo pronunciamos, y mandamos en estos escriptos, y por ellos*, vique adeo, quod si ab aliquo ex litigatoribus proponenda recusatio sit, & si iure communi attento, proponitur ante

litis contestationem oporteret, lapertissimi 14. C. de iud. cap. cum specialii. 61. de appellat. glos. communiter recepta, in cap. pastoralis 4. verb. potestate, de exceptionibus, Couarr. in pracap. 26. num. 2. tamen de iure Regio, & hodierna praxi, non solum post conclusionem in causa, sed etiam postquam sententia scripta & subscripta est, nisi coram, vel à Tabellone fuerit pronunciata proponi possit. Couarr. d. cap. 26. n. 3. Paz vbi sup. 10. tempo. nu. 19. adeo eius, & sententia nomen merentur, requiritur pronuntiatio.

13 Præterea etiam pronuntiatio dicitur, quia et si res controuersa multis modis finiri possit, vt *transactione*, L. non minore. 20. & toto fere tit. C. de transaction. *in iurando*, l. 1. & 1. ff. de iur. iur. l. ius renunciatione. l. postquam liti. 4. C. de pactis. l. Papinianus, 2. l. 5. fin. cum l. seq. ff. de minorib. definitiis. 10. D. de iud. non tamen dicitur res iudicata, id est iudicio finita, nisi quæ finita est, iudicis pronuntiatio.

14 Additur, quæ *condamnationis, vel absolutiois, vt ostendatur*, sententiam eam esse non posse, quæ condemnationem, vel absolutioem non habeat, quod & expressis verbis tradit Imperator. l. 3. C. de sentent. Et inter loc. omn. *Præses pronuntiatione non ignorat* (ait lex) *definitiuam sententiam, quæ condemnationem, vel absolutioem non continet, pro ista non haberi*, cap. ei qui. 4. §. definitiuam. 2. q. 6. l. 2. tit. 3. lib. 2. for. l. 2. abij. *Quitando, & condemnando ad demandam*, tit. 22. part. 3.

15 quod apud Romanos præ adde fuisse in vsu videtur vt vbi vtrique parte causa peiorata indices in conciliu ad pronuntiandum mittebantur, tres eis darentur tabellæ, hæ inscriptas literas habentes. A. quæ absolutiois symbolum erat. C. quæ condemnationis (vnde literam tristem appellat Cicero in Molonianis, vt nigram Perlius, satyra. 4.) & N. L. quæ cum in vnam, siue citam mittebatur, non satis, sibi de causa liquere, & de ea amplius cognitum se esse iudex significabat, quod referuntur. l. Pomponius 36. inf. hoc tit. l. idem Pomponius. 13. §. ex compromisso. ff. de recept. arbit. vt post Alconium Pedianum. 3. in Verrem latissime ex bonis authoribus obseruat Brissonius, de verb. signific. lib. 1. litera A. & lib. 3. lit. C. & lib. 1. c. vobis liquet, & latius, lib. 5. de formulis, pag. 535. Iann. Corasus, lib. vnic. epistolæ. c. su Ludouicus Carondas, lib. 1. antiquit. c. 15. Franciscus Poletus, lib. 4. historiar. Fori Romani, cap. 15. & lib. 5. cap. 8. Ioan. Rosinus, lib. 9. antiquit. Roman. cap. 24. simile, quid hodie apud nos in vsu est, ex l. 43. 44. & 48. tit. 5. de los *Presidentes, y Oydores*, lib. 2. nouæ Recopil. quibus dispositum est, vt supremorum tribunalium aliis, saltem tres iudices sequentis aulæ remittatur, qui cum prioribus ius dicant quod si nec omnibus sententia condemnationis, vel absolutiois, aut alias per omnia concors, & conformis decernatur, litem in tertiam sequentem aulam adhuc remittatur, litem siue controuersam, iuxta formam eo loci traditam absolueda, quid enim, id est, nisi pificam exoletumque; verbum illud, *Amplius*, in antiquis iudiciorum formulis solemne, de quo supra sup. citati.

17 Hæc licet summo iure procederet, & adhuc hodie admittenda existimet, Accurs. hic verb. *Absolutiois*, vt præcisim his verbis condemnationis, vel absolutiois in sententiis iudices vti debeant, postquam tamen ferendarum per tabulas sententiarum modus ab aula recessit, & formularum obseruatio, tam in sententiis, quam in actionibus abolita est (quas merito irritabat Cicero, in oratione pro Milone) parum refert, quibus verbis sententiam proferat iudex, dummodo aperte, & clarè pronunciet, & rei, de qua agitur, finem imponat, tamenque, siue directo, siue in consequentiam absoluat, vel condemnet, l. in summa (alias incipit in sententiis, 59.) in pr. & in §. 1. inf. hoc tit. & colligitur, ex l. penul. & vltim. C. de sentent. quæ

siue certa quant. l. si Prætor. 75. ff. de iud. quid tamen, 25. §. si arbit. ff. de arbit. l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. l. proxime, 3. de his, quæ in testam. delent. ob hæc, 20. ff. de his qui not. infam. & ex aliis veteribus concipiendarum sententiarum formulis, quas ex bonis authoribus congerit Brissonius, lib. 2. selectarum, c. 2. & lib. 5. de formulis, pag. 571. & sequentibus, & pag. 583. quod 7 nostro quoque Hilpiano iure aperte decisum est, l. 5. ibi; *O ritas palabras quisadas quales entenderie qui ecomiene à la demandam que fue puestas*, & l. 15. ibi; *Ca estas palabras à otras semejantes dellas, deuen ser puestas en todo juyzio afinada*, tit. 2. par. 3. quod licet sub dubio relinquat Accurs. hic, secute tamen docet, in d. l. Præses, 3. & in d. l. quid tamen, & tenet Barr. Alber. Angel. Alexand. imola, cum Duareno, Hugo Donell., hic, Ferrara, in practica, in forma sententiæ definitiuæ, glos. l. 1. num. 4. Maranta, d. 6. part. act. l. 1. numer. 122. Sarmiento omnino videntur, lib. 1. sele. cap. 13. numer. 3. Bantius, de nullitatibus, tit. de nullitatibus, ex defectu processus, num. 92. ea enim quæ in consequentiam veniunt, sententia inelle creduntur, notat præter supra relatos Baldus, in l. pen. ff. de his qui sunt sui. Offalcus, de decisione Pedemontana. 64. num. 3. & in eleganti specie Barr. in l. & ex diuerso. §. 1. ff. de rei vind. & in alia non minus eleganti Aretin. l. 1. ff. de curat. furioso, & in l. is cui bonis. ff. de verborum obligat.

Ait cursus definitio, *controuersia finem imponit*, is enim rei iudicata finis est, vt lites sopiantur, l. 4. §. ait Prætor. inf. hoc tit. cap. 2. extr. eodem, cum aliis à nobis adductis §. 1. num. 1. & 2. Hinc est recte Modestinus, num. in nostra l. 1. controuersiarum, non controuersia, dixisse. Ergo si in re, siue lite, de qua iudicio agitur plures sint controuersia, id est, de pluribus rebus quaeratur (quod frequenter evenit in vniuersalibus, siue generalibus iudiciis, vt puta petitionis hæreditatis familia eriscunda, communi diuidendo, finium regendorum, aditionis pro socio, tutela, & negotiorum gestorum, dotis) nisi iudex pronunciauerit de omnibus, nihil erit, nein his quidem, in quibus pronunciauit. Quoniam in vno eodemque iudicio, non potest res iudicata, in partem valere, in partem non valere, l. dicere. 23. §. 1. ff. de arb. l. in hoc iudicio, 28. ff. fam. erisc. & iudex, dum pronunciauit, eo animo id facit, vt per hoc velit litem imponi & litigatores ab omni controuersia discedere, tex. hic, cum sup. allegaris, d. l. dicere, in princ. l. 2. ad fin. tit. 2. par. 3. & ita constitutum est, vt causæ, quæ in rem iudicatam transierit, amplius retractari nequeat, quin potius exceptio rei iudicatæ obstat agenti, quæ litem finitæ appellatur, & eum à iudiciorum limine repellit.

Ex quibus Acc. glos. r. hic, existimabat, etiam interrim, dum à sententia potest appellari, *rem iudicatam*, dici, habito respectu ad mentem in dicentis, qui quantum in ipso est, negotium per sententiam finiri cupit, vt multis in eam opinionem adductis, quæ sic accipi debent Accurs. ostendat conatur, sed vt iam sup. nu. 8. adnotauimus, alia legis nostræ mens est, estque longe verius eam hic à Modestino sententiam definitam, quæ cum controuersis omnibus finem imponat, nullam iam timet pronuntiationem, quod bellissimè ab Vlpiano adnotatum est, in l. e legatæ, 23. §. si post rem, ibi; *Tunc enim rescriptis locum esse credendum est, cum de sententia indubitata, quæ nullo remedio atteriari potest, transgreditur*, ff. de cond. ind. b. Imp. in l. executorem. 8. C. de execut. rei iud. notat glos. verb. innotata, in c. non solum, de appellat. lib. 6. quam sequuntur, & communem appellant Iaso, hic, n. 8. Ripa 6. Duaren. circa fin. Abb. & Felin. in rubr. extr. hoc tit. nu. 1. & plures alij, quos refert Conarr. lib. sing. practicarum, cap. 1. §. nu. 3. Casado. us, de iur. 8. de rescriptis, nu. 3. Iaque est, quod Pontifices, in cap. communiter, 13. & in cap. quoad consultationem, 15. extr. hoc tit. & in

in cap. 1. §. fin. de except. lib. 6. & in cap. cum dilectus, 32. in fin. de electione, & in cap. pastoralis, 28. §. præterea, de officio delegati, multique aliis in locis dicunt, *sententiam* elapso tempore ad appellandum, transire in rem iudicatam. Quo loquendi modo communiter omnes Doctores vtuntur, iuxta eumque existimant accipiendum Martianum, l. C. in l. si fundus, 16. §. si plures. ff. de pignori. ibi; *Semel enim causa transire videtur ad condemnationem*, cuius tamen aliam mentem fuisse, ex his, quæ ibi tradit Fulgiosus manifestè deprehendes.

21 Denique ex eisdem illis huius definitionis verbis *controuersia finem imponit*, & ex illis, d. l. 4. §. ait Prætor, ibi; *Quod noluerit Prætor obligationem ex obligationibus fieri*, infra hoc tit. & quia iniquum esset, ex litis optime materia nonas lites oriri, constat sententiam certam esse debere, nullamque continere ambiguitatem, quæ non possit ex actis processibus, & ex his, quæ in eo probata, vel deducta sunt colligi, & declarari, ita docet l. C. in d. l. in summa (siue in sententiis), 59. inf. hoc tit. d. l. quid tamen, 25. §. si arbit. item in d. l. Præses, 27. in fin. inf. eodem, ibi; *Si in sententia certa quan ritas continetur nihil proponi, cur iudicari agi non possit*, notant omnes, in l. si quis ad exhibendum, inf. de except. rei iud. Aymon Craucta, de antiquit. temporu m. 4. part. in princ. num. 67. & consil. 79. num. 4. volu. m. 1. Ioachim Minsingerus singular. obseru. centuri. 4. cap. final. sunt enim acta quæ tanquam vehiculum ad sententiam, vt inquit Barr. per text. ibi, in l. 3. C. de sentent. quæ sine certa quant. Mattheslanus, in le g. cum iudex qui se ad ea, quæ in actis petita probata, vel comprehensa sunt remittit, fatis certam sententiam proferte videtur, arg. l. c. r. tum. 6. ff. si cett. petat. & eorum, quæ in terminis post alios notat Marantæ, l. i. §. 6. part. act. l. nu. 24. plenius Schallianus Bantius, de nullitatibus, tit. de nullitate ex defecto processus, num. 129. Bernardus Diaz, & eius additionator, iteg. 669.

22 Quod tamen sic intelligendum est, si quæ in actis con tenta, probate ueritate per se pateant, & regulis iuris oris conueniant, vt nullam aliam litem, aliamve sententiam ad sui declarationem expostulent; alioquin id est, non tam licet finire, quam licet ex libris facti, contra regulam nostri text. & d. §. ait Prætor, & l. ter minato, 4. C. de fructibus, & l. expensis Ergo quæ uen dum est à Barr. in l. ait prætor, §. 1. inf. cod. existim ante valere sententiam in qua iudex reum, ita con demnat, si probatum fuerit illum quantitatem transam debere: etenim licet se iudex ad ea, quæ petita sunt, in libello, vel probata in actis, referte possit, quia petitionis certa, & liquida definitio facile ex illis colligi potest, vt in d. l. in sententiis, & d. §. si arbit. r. sub dubio tamen, vtrum probatum sit, nec tu; pronunciare nequit, cum id demum sit quod iudex æsti mare debet, cuius arbitrio, & religioni committitur, quanta fides testibus sit adhibenda, l. 3. vers. tu magis, ff. de testibus, cuius argumento ab hac opinione Bartoli recesserunt Duar. & Donell. in d. §. 1. Sarm. nro, d. l. 1. c. 13. Euerardus Broncoff. lib. antinom. cent. 4. c. 17. quibus accedit reg. l. 1. §. vidnum. ff. quando a ppe. fit & glosse doctrina, in l. à Diuo Pio. §. in ven. sitione, verbo, *capiantur*, inf. quippe sententiam sub conditione ferri non posse exornat Ednardus Caldeira, lib. 3. var. c. 6. Gail. de pace publica, lib. 2. c. 4. Bantius, sup. nu. 107.

23 Inter loqui, quid significet in causis, & iudiciis. Interdicta vnde dicta, & quid significem. Interlocutoria sententia definitio multipliciter traditur, & iterum, num. 26. Interlocutoria sententia, à definitiua multum differt. Sententia nomen simpliciter prolatum ad definitiuam refertur. Sententia definitiua, nec renouari, emendari, corrigi, nec eodem die ab eodem iudice potest, quod & in criminalibus causis admittendum est, num. 7. & ratio, num. 9. Sententia definitiua, licet nec in criminalibus possit ab eodem iudice renouari, bene tamen, potest eius executio suspendi. Sententia definitiua à Principe dicta, quando executioni mandanda, & quare ab eo renouari potest. Sententiam definitiuam, licet mutare iudex non possit, quæ tamen ei desunt explicare quomodo, & qua ratione possit. Expenfarum condemnatio suppleri ab eodem iudice eodem die pronuntiationis potest. Expenfarum taxatio regulariter iudicis arbitrio relinquitur. Sententia si nulla dicitur poterat ab eodem iudice, quæ eam tulit, de nullitate agnosco, per petuo, bodie intra sexagima dierum, 15. Nullitatis sententiarum plures casus remissiuè. Sententia interlocutoria potest ab eodem iudice emendari, & corrigi, cuius rei due commendamur rationes: & adducuntur exempla, nu. 26. Interlocutoria sententia, quæ iudicis iurisdictionem extinguit (veluti si se non iudicem pronuncians) renouari non potest vnde ab ea recte appellatur, numero 24. Cap. cum cessante Go. de appellacionibus explicatur, & num. seqq. Appellari ab interlocutoria quando possit. L. 4. tit. 5. lib. 4. nouæ Recopil. in controuersiam vocata. Interlocutoria sententia, amplius potest renouari, iudicis arbitrio relinquatur. Interlocutoria potest renouari, etsi iam fuerit executioni mandata.

De inter locutionibus, & an, & quando, & quæ sententia possit ab eodem iudice mutari, & interpretatione secunda partis rubricæ, & leg quod iussit, 1. 4. l. Paulus, 42. l. act. 4. §. 1. actorum, 46. l. Iudex postea quam, 55. l. cum quaeretur, 62. ff. de re iudicata, §. 3.

SVMARIA.

- 1 Inter loqui, quid significet in causis, & iudiciis.
2 Interdicta vnde dicta, & quid significem.
3 Interlocutoria sententia definitio multipliciter traditur, & iterum, num. 26.
4 Interlocutoria sententia, à definitiua multum differt.
5 Sententia nomen simpliciter prolatum ad definitiuam refertur.
6 Sententia definitiua, nec renouari, emendari, corrigi, nec eodem die ab eodem iudice potest, quod & in criminalibus causis admittendum est, num. 7. & ratio, num. 9.
7 Sententia definitiua, licet nec in criminalibus possit ab eodem iudice renouari, bene tamen, potest eius executio suspendi.
8 Sententia definitiua à Principe dicta, quando executioni mandanda, & quare ab eo renouari potest.
9 Sententiam definitiuam, licet mutare iudex non possit, quæ tamen ei desunt explicare quomodo, & qua ratione possit.
10 Expenfarum condemnatio suppleri ab eodem iudice eodem die pronuntiationis potest.
11 Expenfarum taxatio regulariter iudicis arbitrio relinquitur.
12 Sententia si nulla dicitur poterat ab eodem iudice, quæ eam tulit, de nullitate agnosco, per petuo, bodie intra sexagima dierum, 15.
13 Nullitatis sententiarum plures casus remissiuè.
14 Sententia interlocutoria potest ab eodem iudice emendari, & corrigi, cuius rei due commendamur rationes: & adducuntur exempla, nu. 26.
15 Interlocutoria sententia, quæ iudicis iurisdictionem extinguit (veluti si se non iudicem pronuncians) renouari non potest vnde ab ea recte appellatur, numero 24.
16 Cap. cum cessante Go. de appellacionibus explicatur, & num. seqq.
17 Appellari ab interlocutoria quando possit.
18 L. 4. tit. 5. lib. 4. nouæ Recopil. in controuersiam vocata.
19 Interlocutoria sententia, amplius potest renouari, iudicis arbitrio relinquatur.
20 Interlocutoria potest renouari, etsi iam fuerit executioni mandata.

Hæc verbis inscribitur. tit. 45. lib. 7. Codicis de sententiis, & interlocutionibus omnium iudicium, & cum interloqui sit interim, dom de re principaliter agitur, loqui, & dicere, quæ ad causam promouendam pertinent, quo iudicio ad finem propositam perducatur, vt hic Donellus, & in l. 1. hoc tit. Duarenus obseruat, & probant, iudicium, post sententiam, 9. d. tit. 45. quemadmodum præ interdicta, ita appellatur, quia prætor per ea aliquid iubet, vel vetat, non perpetuo, sed ad tempus donec pleniori iudicio, de iure petitionij quaeratur, quasi interim dicta, vt aliis reiectis notationibus obseruat D. Isidorus lib. 5. etymolog. c. 24. & insinuat Cicero, lib. 2. ad Herenn. Iulius Paulus, lib. 5. sentent. tit. de interdictis, Alciatus, lib. 3. parerg. cap. 15. rectè hoc interlocutionis verbo, eam sententiam significari putant Interpretes, quæ inter medium, & finem causæ principalis pro-

ferat, vt constat ex glos. in Clem. vn. verbo, *Diffinitio*, de lequestr. possell. Abbas num. 6. Anani, & Felino, num. 2. in rub. extra hoc tit. Iafone hic, num. 2. Ripa, num. 16. Edward. Caldeyra, lib. 2. variat. cap. 6. num. 2. Quae diffinitio si tibi non placeat, propter argumenta quibus eam conuincit Alex. hic, num. 7. R. buffus in hac l. quod iustitiam, §. 1. & §. 2. sic potest, cum eodem eam definire, vt sit interlocutio pronuntiatio iudicis facta ad alienius articuli expeditionem. Vel cum Accurs. in auth. de litigiosis, §. ad excludendos, verbo, *interlocutionibus*, & Aret. no. in tit. de sententia, vt sit sententia, per quam incidens dubium a iudice directo terminatur: ad quas definitiones reduci possunt aliae, quae ad Cuiac, & Vresemb. hic. traduntur a Duareno, in l. 2. hoc tit. Brissonio, lib. 1. de verb. sign. verb. interlocutio.

4 Ex quibus constat sententiam interlocutoriam sui natura finem principali contemneris non imponere, aliamque post se expectare. Vnde licet iudicis pronuntiationem contineat, ea proinde sententia sit citacillum articulum, de quo statuit, a sententia tamen separatur, vt constat ex hac Rub. & dict. tit. 4. 6. iuncta vulgari doctrina, quae habet copulam, & regulariter inter diuersa contineri solere, de qua late per Albericum in dictionar. verb. & Bart. & Ias. in l. 1. num. 2. ff. de iustit. & int. & ex Accurs. opinione, in leg. 4. §. biduum, ff. quando appell. sit, & in hac l. quod iussit, qui rectissime docet, sententiam per nomen simpliciter prolatam per excellentiam ad diffinitiuam referri, quod sequitur glos. in cap. cum olim, 34. verb. *sententiam*, de testibus, Alex. Rebus, & alij, in hoc l. quod iussit, Ang. in consil. 114. Maranta, de ord. iud. 3. par. 6. par. num. 3. Donelhic, late Bernardus Diaz, & eius additioror Salzedo, regul. 662. & exceptionum exemplo firmari potest, quarum quae dremptoriae sunt, & post litem contestatam opponi possunt, proprie exceptiones appellatur, vt late ostendit Iaso, in l. 4. §. Cato. in 3. Bartoli oppositione, ff. de verb. quem refert, & sequitur Padilla, num. fin. in l. 1. C. de iur. & facting, quae omnia memoria commendari oportet, propter statuta, quae a sententiis appellari prohibent, vel de sententiis, aliquid solui iubent, vt solum de diffinitiuis intelligantur, vt recte Iaso hic resoluit, num. 10.

6 Inferat deinde ex superioribus, & iuxta definitionem sententiae diffinitivae notatis, sup. §. 2. ex nu. 5. Quod cum index, vbi definitiuam sententiam profert, eo animo esse debet, vt quantum in se sit controuersis finem imponat: statim atque illam protulerit, iudicium quoad eum finietur, & adeo officio functus erit, vt neque renouandae, vel corrigendae sententiae facultatem habeat, etiam si male iudicauerit, & eodem die iterum iudicare velit, vt in iudicibus ordinariis datis, & compromissariis expresse dispositum est, in d. l. quod iussit, in l. Paulus, in l. i. in l. eum querebatur, hoc tit. in d. l. dicere, 23. ff. de arbit. in l. 1. C. sentent. rescindi non posse.

7 Et ad pronuntiationem, quae in causis criminalibus fit porrigitur, l. diu fratres, 27. in l. moris, 9. §. sed enim ff. de penis in l. 1. §. vt. ff. de quaestionibus, in d. l. 42. §. 1. hoc tit. Nisi quod in his, propter imminens periculum, licet iudex rei innocentia compertae remittere penam non possit, differre tamen, & suspendere poterit, quousque Princeps consulerit, vt ex eisdem iuribus constat, & traditis ab Hippolyto singul. 338. & in l. num. 14. C. de rapen virginum, Decio, in cap. iurauerit, num. 4. de appellat. Cassaneo, in consuetudinibus Burgundicis Rub. 1. §. 5. versic. *in la grace*, num. 1. 4. Couat in 4. §. vlt. num. 1. Anton. Gomez, lib. 3. variat. cap. 13. num. 36.

Quae iuris regula illa ratione subsistit, quae traditur, in d. l. index, §. hoc tit. nempe eum, qui semel sententiam dixit amplius iudicem non manere, ac

proinde sententiam mutare non posse, & sententiam namque a iudicibus (vt constat ex definitione, sup. §. 2. numer. 8.) non vero a privatis feruntur, quibus impune non pareat responsum esse, in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. 3. C. eod. quod respiciens Seneca, lib. 7. c. 8. index, inquit, quam iulie de reo tabellam reuocare non potest, & Apulcius, lib. 1. floridorum Proconulis tabella, inquit, Sententia est, quae semel lecta, nec augetur littera vna, nec minui potest, & D. Augustinus de fato, iudicibus inquit, statim non est licet in reum datam sententiam reuocare.

Vnde eleganter Cuiacius, lib. 20. obseruat. cap. 32. diuersitatis rationem deducit, inter sententias aduersus deinguenes latas a Principe, vel a iudice. Illa namque non nisi post trigessimam diem executioni mandant a sum. si vindicari, 20. C. de penis, & cap. cum apud Th. filoniam in l. 1. §. 3. Hae vero sine mora exequi debent, l. si quis forte, 6. ff. de penis. l. cum reis, 18. C. eod. l. penult. C. de custod. reor. cum aliis traditis a Bernardo Diaz, regul. 663. ea nimirum ratione, quia Princeps solus penam via sententia dictam reuocare potest, & adhibita modica dilacione saepe flecti solet, at vero iudices frustra differunt penam sua sententia dictam, quia nec mutare, aut reuocare eam villo modo possunt, vt ex superioribus constat.

Verum quamuis reuocare semel sententiam latam index non possit, quae tamen sententiae desunt, cum ei accessoria, vel consequentia esse viderentur, recte eodem die supplere, & declarare potest, dict. l. Paulus, 42. cap. in litem, 9. cap. venerabili, 37. de officio delegat. exorat Bernard. Diaz, reg. 67. & 374. Matienico, in l. 9. tit. 4. glof. 4. num. 1. lib. 5. nonae Recop. Ioann. Gratian. regul. 421. num. 1. Andreas Gail. lib. 2. pract. obseruat. cap. 1. num. 6. nihil enim noui eo casu index statuit, sed quod vi, & potestate prioris sententiae continebat magis exprimit, & declarat, vt recte Donellus in d. l. Paulus considerat. Adde certi iuri esse eum, qui aliquid exprimit, & declarat, nouum actum nequaquam facere, vt ego vltra Donellum singulariter colligo, ex l. heredes palam, 1. ff. de testam. ibi *trahit enim nunc dat. sed datam significat*, & ex l. adeo, 7. §. com quis, in fin. ff. de a. qui. ter. dom. ibi: *Quae executio significat non nouam speciem facit sed eam quae est decreta*, & ex cap. 3. extra delationibus, cap. cum sit, de viuris, cum aliis, quae vltra scribentes in his iuribus notat Fulgof. consil. 148. in fin. Bartachin. & eius additior in repetitorio, verb. *declaratio*.

Quo fit, vt si nullam expressam mentionem in sententia fecit index, vel reo ad restitutionem condemnato de fructibus nihil expresserit, possit eadem die id quasi latae sententiae collectatum exprimere, & declarare, docet glos. in d. l. Paulus, verb. circa. Et ad interpretationem, l. terminato, 4. C. de fruct. & lit. expen. l. & ex diuers. 35. §. 1. ff. de rei vindic. l. cum quem temere, 79. ff. de iud. l. propterandum, 11. §. fin. autem. C. eod. tit. obseruat. post antiquiores Duarenus, Zasius, & donellus, ibidem, quamuis expensatum taxatio (quae regulariter iudicis arbitrio relinquitur, vt tradit Menoch. casu 154. & 177. Andr. Gail. lib. 1. pract. obseruat. cap. 1. §. 1. & relati a Gualualdo de Paz. in praxi l. tom. fol. 38. & fol 82. & Zeno, in collectaneis ad decretales, cap. 60.) possit a iudice quando docque, etiam post diem latae sententiae fieri, vt iidem etiam auctores obseruant.

Quinimo, & quod plus est, si sententia semel a iudice lata ob aliquem iuris, processuum defectum, nulla esse dicatur, ipse iudex, qui eam tulit de nullitate cognoscere, & eam retrahere, pronunciarque iterum potest dummodo ordinarius sit. Nam in delegatis (ab aliis praeterquam a Principe, qui ordinarius aequiparatur) sententia etiam nulliter lata eorum iurisdictionem expirare receptum est. Vt per text

text. in l. a iudice, §. C. de iudic. in l. 4. C. de accusat. in l. 4. & in l. si Praes. 6. C. quomodo, & quando iudic. in l. 1. C. de sentent. & inter. in cap. fatemitaris, 6. de frigid. & malef. in cap. 2. de purgat. canonica, in cap. cum venerabilibus, post princ. de sententia excommunic. lib. 6. in l. 2. tit. 26. par. 3. tenet communis Doctorum schola, quam sequitur duaren. in hac l. quod iussit nidae. Castillo in l. 3. §. 5. T. aor. n. 5. & in l. 1. verbo, *casus*, in fin. Gratianus, dict. reg. 421. num. 9. Paz, in praxi l. tom. fol. 83. & omnium optime Bantini, dict. tract. de nullitatibus, tit. coram quo nullitas proponi possit num. 7. cum multis sequentibus, & Aud. Gail. d. lib. 1. obseruat. 127.

13 Quatenus in re illud meminisit inuabit, quod etsi possit olim, vel coram eodem, vel coram superiori iudice nullitas aduersus sententiam perpetuo opponi, l. 1. C. quando pro. non est necesse, l. expressum, 19. vbi notatur Bart. ff. de appellat. l. 4. l. 6. tit. 26. par. 3. hodie tamen iure notiori intra sexaginta dies opponi debet, l. 2. tit. 17. lib. 4. nouae Recop. Vbi rem latissimo sermone persequitur Alphonus Azuado, plurimam ante eum in proposito Alexand. consil. 103. vol. 5. Diacens Perez, l. tom. col. 1275. Couarruias in pract. c. 25. per tot. Auenda in declaratione l. 4. & 5. num. 25. tit. de las excepciones, lib. 3. ord. & de primo, & secundo decreto, nu. 6. & de exequendo, mandatis, 2. par. 6. 23. num. 3. Paz. in praxi, l. tom. 2. par. 12. tempore, ex nu. 5. Hieronym. Portoles in additionibus ad Molinum, 5. par. §. nullitas, Ioseph. Malcard. de probato. 2. volu. concl. 114. Bonadilla in la Politica, lib. 5. c. 23. num. 114. siue de nullitate agatur per viam actionis, siue per viam exceptionis, vt resoluit Couarruias d. c. 25. num. 4. Ioann. Gutierrez, lib. 1. practiarum quaestionum, c. 96. ex num. qui ex aliis ea, num. l. 2. tit. 17. lib. 4. nouae Recopilat. limitat in nullitatibus notoriis ex actis processus de defectu citationis, & iurisdictionis, aut si lapsis, 60. diebus exceptio nullitatis esset opposita, & contra eam nihil, ex d. l. 2. allegatum, eum videbis, Plures autem casus in quibus sententia nulla est, praeter Sebastianum Bantium, qui integrum de nullitatibus sententiarum libellum scripsit, congerit Praepositus, in e. dilecti, de appellat. Ferrata in practica, verbo *nullitas*, Monsterofo, in practica, tract. 2. fol. 13. qua in re illud non est praetermittendum tempus concessum ad appellandum, non currere intem, dum de nullitate agitur, vt ex aliis praecitato loco resoluit Paz.

17 Inferat tertio, ex eisdem illis rei iudicate, & interlocutionis definitionibus, nobiles illa inter vtramque differentia. Quod est diffinitiuum semel lata amplius non possit reuocari, vt late (sup. ostendimus, interlocutoria tamen possit, ex nostra hac l. quod iussit, l. si quis, cum procuratorio, 31. §. fin. ff. de procuratoribus, l. quamuis 9. ff. de rebus coram l. si opus, 16. ff. de oper. noui nunciat. l. in fin. Valerianus, l. c. (alias si Praes), ff. de pract. iudic. cap. cum cessante, 60. de appellat. c. dilecto, 34. de prebend. c. sacro 48. de sent. excommunic. ex parte, 25. de verborum signific. l. 2. tit. 22. par. 3. ordinatione Lusitanorum lib. 3. tit. 14. Cuius rei duplex ad interpretibus redditur ratio. Altera

18 quae maiori cum deliberatione sententiam diffinitiuam profert, ideoque non posse reuocari, fert enim illam iudex causa cognita: quae res facit, vt suspectum esse debeat, quidquid postea constituerit, interlocutionem vero ideo posse reuocari, quia id vtilitas expost, vt eius correctio & mutatio permittatur indicere enim sunt huiusmodi interlocutiones in quacunque lite, & celeriter, ac sine magna deliberatione a iudicibus expediuntur: & plerumque in magno tumultu, & strepitu. Adde, quod nec quicquam istorum iubetur, aut vetatur per quod ab omni lite discedatur: sed quia id pro tempore, & ex re nata, putatur ad vtilitatem, & commoditatem iudicij, aut

ad iuris futuri tuitionem pertinere, quam rationem esse non sic expressam insinuauit Abbas, in dict. c. cum cessante, & Regiae leges, 2. & 3. tit. 22. par. 3. admittitque Duarenus, & Donellus in dicta lege quod iussit. Sequens ratio est, quam in eadem, l. quod iussit, 19 scripsit Bart. num. 7. Rebuffus §. 2. num. 4. diffinitiuam sententia prolata factus est officio suo; non sic cum interlocutor, durat enim adhuc eius iurisdictione, recte enim Gellius, lib. 1. 4. n. & Titic. c. 2. ait. *Aliiter atque aliter, eadem in causa, eodemque in tempore sentire, atque interloqui videtur*, nec, cum humanum sit labi sententiam & interlocutionem suam mutare, vitio verti debet, eam praecipue, quam ex tempore praescripta (quod est in interlocutionibus frequens,) vt iam insinuauimus, vt Iustinianus exemplo docetur, in auth. de nuptiis, §. 1. & in auth. vt statum filij in prin. & in c. magna sapientia, 22. quaest. 4.

Ex qua ratione vtiliter in praxi inferes decisionem 20 hyl. quod iussit, non esse admittendam si interlocutoria sententia iudicis officium tollat, cinsve iurisdictionem auferat, veluti si iudex fori exceptione, aliaue declinatoria proposita se non iudicem, & in causa pronunciet, eamque alij in iuri remittat, quoniam eo in casu mutatur ratio, d. l. iudex, cum similibus, & iudicis pronuntiatione iurisdictione finitur, quod grauer, & docte admonuit Bart. in h. l. quod iussit, numero 6. Alexand. num. 12. Ias. num. 2. Ripa, num. 26. qui eum commuam eam sententiam auferunt, Decius in d. c. cum cessante, num. 14. Bernard. Diaz regul. 667. quo sensu accipi debet text. in cap. significatibus, 38. de officio delegati, in cap. cum index, eod. tit. lib. 8. Quod non solum in iudice delegato, sed & in ordinario, ex communi resoluit Alex. vbi (sup. num. 27. Ias. num. 17. Rebuff. notab. num. 105. Petr. Auendano, tract. de secundae supplicatione, num. 2. & cum multis Hieron. Portoles, ad Molinum, 4. par. §. sententia, n. 25. quamuis, de ord. iud. §. n. 49. multos esse existimet casus, in quibus etsi index, se non iudicem esse pronuntiat, interlocutionem suam mutare possit.

Verum eam resolutionem difficilem reddit, text. in d. c. cum cessante, 60. de appell. vbi iudex, siue ordinarius, siue delegatus, qui comminatio, vel interlocuendo protulit sanioris vni consilio interlocutionis, vel comminationis effectum reuocare potest, vltimisque in causa procedere, licet a comminatione, vel interlocutione sit appellatum, & tamen per appellationem extinguitur, aut saltem suspensam esse eius iurisdictionem nemo est, qui ignoret, l. 1. §. fin. ff. ad §. C. Turpill. docent Bart. & alij in l. tale pactum, 50. §. qui pronuntiant, vbi Orosius num. 26. ff. de pactis. Couarr. in pract. quaest. cap. 23. n. 11.

Sed respondet Abb. in d. cap. cum cessante, iudicem appellationem non admisisse, quo casu index ad iure manet, eum appellationibus frivolis, de appell. lib. 6. ideoque interlocutionem, siue comminationem suam reuocare recte potest, ex regul. h. l. quod iussit. Ea tamen interpretatio diuinationem continet ad eum text. ibi: *Non obstante si tali comminatione, vel interlocutione fuerit appellatum: ne processus negotij frivolis occasioibus retardatur*, ex quibus verbis eam appellationem ad nullam fuisse colligunt: eaque non obstante recte posse iudicem interlocutionem suam reuocare.

Ergo dicendum est longe distare iurisdictionem esse abdi atam ipso iure, a vero per appellationem suspensam. Primo etenim in casu, cum nihil iurisdictionis penes iudicem remanserit interlocutionem suam non potest reuocare. Secundo vero, etsi index acti iurisdictionem non habeat, quia eam habita retinet, & potentia, glos. verbo, *statuati*, in d. cap. cum appellationibus. Abb. in cap. nouit, de officio delegati illius iurisdictionis ratione illatum poterit grauari

vamen auferre, cap. si a iudice, 10. de appell. lib. 6. quomodo intelligendus est text. in dict. cap. cum cessante, iuxta decisionem Rotae, 64. & 86. de appellat. Romanam, singulari, 129. & alios quos adducit Rebuffus, in h. quod iussit, vbi supra, no. 106.

24 Constat itaque ex proxime dictis (vbi obiter admonimus) maxime ex dict. cum cessante, a sententia interlocutoria, qua iudex se iudicem, vel non iudicem pronunciat, recte appellari. Id ea ratione, quoniam licet regulariter ab interlocutoria non appellatur, tamen sententia, 7. C. quorum appellat. non recipit. 2. C. de epis. aud. l. 1. §. hinc. ff. de appellat. l. 2. ff. de appellat. recip. l. 13. tit. 2. §. par. 3. l. 3. tit. 16. lib. 3. ordinam. l. 3. tit. 18. lib. 4. noue Recop. hoc tamen limitatur, si interlocutoria grauenim irreparabile per diffinitum continet, vel diffinitive sententiae vim habeat, qualis est hae de qua loquimur, vt in dictis legibus Regis decisum est, & in Sacro Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 20. & antea, in l. 2. §. fuit quae situm, ff. de appellat. d. l. 13. tit. 2. par. 3. Vnde a sententia tunc appellari potest, d. l. 13. Anton. Gomez. 3. tom. cap. 13. no. 23. exornat cum multis Alphonfus de Azuedo, in d. l. noue Recopiationis. * Et generaliter dices, sententiam interlocutoriam tunc habere vim diffinitivae, cum per eam licet non definitur causa principalis, per indirectam tamen tangitur, & aliis definitur articulis, qui ad diffinitum expectant, lintra tit. 39. ff. de minoribus, Bart. ibi num. 1. gloss. in Clementina finali, de appellat. Andr. Gail. lib. 1. obferuat. cap. 30. num. 6. Et cum ex mente, & verbis, d. l. quod iussit, ea dicatur interlocutoria, quam idem index contrario imperio tollere potest, vix est, vt pronouionales sententiae, quae in superioribus tribunalibus proferuntur, cum super eis bis pronouncietur, & ideo reuocari non possint, interlocutoriae dicantur sententiae iuxta doctrinam Decij, in d. cap. cum cessante, n. 13. & 15. Ergo licet diffinitivae sententiae sint, vim tamen diffinitivae habere dicendum est, quae res ad plura, quae quotidie occurrunt, conducit maxime.

25 Vnde miror, 4. i. §. lib. 4. noue Recop. at. quae disponit: *Que en la sententia que dieren los señores del Consejo y el Presidente y Oydores de las Audiencias, en que se pronuncian por juezes d' por no juezes, no aya lugar suplicacion, ni nullidad, ni otro remedio, ni recurso alguno, cum enim ea sententia, praecipue, quae non iudices pronounciat, vim diffinitivae habeat iuxta notata sup. num. 1. 2. supplicationem admittendam esse videbatur ex paulo ante num. 16. animaduertis, iunctis quae in non diffimili proposito resoluti las. in auct. quae de supplicatione, col. 2. C. de precibus. Imp. off. rre, Maranta, de ordin. iud. 6. par. tit. de appellat. num. 14. A uendaño, tract. de secunda supplicatione, nu. 1. ad fin. quippe, quibus in casibus ab inferioribus licet appellare, in eisdem a superioribus supplicationem interponere, licere. Esse tamen hunc vnum ex pluribus casibus, in quibus supplicatio non admittatur. Hispano iure animaduertit Pet. de A uendaño, vbi proxime, num. 5. (qui alios plures, similes eodem in loco, nu. 6. refert) existimamus eius rationem ex iudicium excellentia citri, pnes quos cum omnis iurisdicti. fons sit, absurdum nimis esset eis non credi: cum tamen vt ceterius expediantur lites, ne in his, quae principalem causae decisionem non concernunt, mora fiat; quam rationem probat Alphonf. de Azuedo, in dict. l. 3. verore tamen, an concludens, sit, sed iam ex diuerticulo ad viam redeamus.*

26 Ergo regulariter, quod iudex iussit, voluitve, contrario imperio tollere, aut remittere poterit: velud cum iubet opus nonnunc nunciare, d. l. si opus, cum iubet caute damni in facti nomine, dict. l. 1. in fin. d. l. Valerianus, iubet praef. minoris venundari, dict. l. 1. quamuis, & quaeunque alia, quae in iudicio ad causae preparationem pertinent, & vtaut melius, aut citius

transigatur veluti cum iubet aliquid instrumentum edici: litigatori adesse idibus, aut certo loco tot testes produci; & generaliter, si aliquid iussit, aut veteretur ad eam rem, qua agit, quod postea comperitur, aut ad rem non pertinere, aut progressum lites, siue causae impeditae eius officium, id continuo mutare, ne quod ex vfu litigatorum constitutum erat, id contra eius consilium in eorum perniciem controuertatur contra. l. nulla. 25. ff. de legibus. l. quod fauere. 6. C. eodem.

Cum autem quoties mutari, aut reuocari interlocutio possit nullo iure certo definitum sit: id iudicis arbitrio relinquatur, ex reg. l. 1. ad fin. ff. de iure delib. exornata a nobis in disputatione de mora, nu. 102. ita tamen, vt nimia variatio, & inconstantia videtur: quod idem & in tempore definitum est. Quia haec quae in sola aequitate, & vtilitate posita sunt definiti in vniuersum non possunt, l. de accessibus. 14. ff. de diuers. & tempor. praescrip. l. omnis definitio. 203. ff. de regl. iur. innotis a nobis traditis, d. disputatione de mora, nu. 10. Et ita tenendum est. Quamuis sententiam interlocutoriam bis confirmatam ab eodem non posse iudice reuocari doceat Bart. in d. l. quod iussit, num. 17. l. 10. num. 10. Alex. in l. quid quid adstringenda, nu. 9. ff. de verb. Felimus Francus, Rebuff. Salicet. Hippolytus, Tiraquelus, & alij quos nominatim recenlet Hieronymus Portoles in additionibus ad Molinum. 4. part. §. sententia, nullo. 24. Ioan. Garcia, reg. 459. multa enim accidere possunt propter quae iudicis variatio, aut laudetur, aut notetur, igitur eius religioni relinquendum est.

Manet itaque ex superioribus, quod est controuertatur, quae sit interlocutoria sententia, ex iuribus tamen, & ex epi sit relatis, & aliis, quae in praefationibus, ad dict. l. quod iussit, ex n. 8; Rebuff. adducit sit quamcumque pronounciationem ante sententiam interlocutionem esse, recteque posse mutari.

Quod verum intelligas velim, siue interlocutoria iam fuerit executioni mandata, siue non, est, qui putent, eam iam executioni mandatam non posse reuocari, inter quos Bart. vbi sup. nu. 6. l. 10. no. 32. Ripa, nu. 3. & alij ibidem relati a Rebuff. 1. notabilis, nu. 52. Ferrara, in practica, in forma sententiae interlocutoriae, nu. 4. Felinus in cap. qualiter, & quando col. 2. de accusat. idem Bart. & Cumanus, nu. 3. in l. 1. §. fin. Vbi & Accurs. docet gloss. magna fide Prax. stipulat. Zabar. tella in Cl. m. fin. oppos. 3. e appellat. Ioan. Gracian. reg. 420. num. 4. & 7. Hieronim. Portoles, in additionibus ad Molinum. 4. part. §. sententia, num. 28. longe tamen falluntur: quoniam cum hoc casu iudicis interlocutionis maneat iurisdictio, interlocutionem reuocari posse dicendum est, quod & probat, dict. l. si opus, & dict. l. Valerianus, quibus qui contrarium defendunt non satisfaciunt.

De effectu sententiarum, & interpretatione posterioris partis rubricae. ff. de re iudicata. §. 4.

S V M M A R I A.

- 1 Sententia transit in rem iudicatam elapso tempore ad appellandum, aliquibus exceptis in casibus, remissive, num. 3. velatis.
2 Appellatio intra quod tempus omni iure proponenda.
3 Sententia semper iusta praesumitur, & legitime esse processum.
4 Sententia regulariter inter litigatores tantum non inter alios in facit.
5 Sententia, & exceptionem liti finit, & iudicari alitnem producit.

- 6 Sententia an dominium transferatur, controuersa inter nostros quaesita.
7 Sententia dominium transfert, quibus concurreribus ex Accursij opinione communiter recepta.
8 Iudicis factum, factum partis existimatur.
9 Sententia dominium non transferit, ex alia Accursij opinione communiter recepta.
10 Dominium suum errans non admittit.
11 Sententia, an dominium transferatur, discrimen consiliendum inter vniuersalia, & particularia iudicia, & communi.
12 Sententia, an dominium transferatur, exponitur, & num. seq.
13 Sententia in iudicis duplicibus familia erisunda, communi diuidendo, finium regundorum, dominium adiudicaturum non transferit.
14 Ergo, 30. §. aliuo ff. de acq. rer. dom. elegans animaduersio.
15 Sententia in incorporalibus dominium transferit, & quasi possessionem.
16 Sententia in actione reali pro auctore dicta, quare dominium non transferat.
17 Iudicia contractibus assimilantur.
18 Cap. propositus, 4. de concess. prebende.
19 L. habere licere, §. 2. ff. de iur. iurisdictionibus.
20 Sententia in secundo decreto, quando & quomodo transferat dominium.
21 Sententia in iuribus incorporalibus, quae corporalibus coherens, quando dominium transferat.
22 Sententia in actione reali, si actor dominus erat, & pro eo dicitur dominium, non transferit, sed auctorem dominium esse declarat, & quid si dominus non erat seq. num.
23 Sententia praesumptionem iuris, & de iure producit.
24 Sententia in actione reali, quando condemnatus dominus non erat, quem habet effectum.
25 Sententia in actione reali si pro reo dicitur, quando dominium transferat, & num. seq.
26 Sententia in actionibus personalibus transferit dominium, eleganti rei distinctione adhibita.
27 Sententia arbitrarium dominium transferit.
28 Interlocutoria sententia dominium non transferit.
29 Sententia antequam exequatur, an condemnatum dominio, & iure suam praet.
30 Sententia prouisionis beneficiorum non efficit quominus quis de illis disponere per resignationem possit, & declaratur, num. 32.
Sententia in causis criminalibus, in quibus bonorum amissio indicata est, prout condemnatum.

Præcipuus sententiarum effectus, ex quo, & plures alij nascuntur, insinuat ad Modestino, in l. 1. hoc tit. dum ait, *sententia controuersis finem imponi*, quo bono maxime Reipublicae saluti consulitur, de qua re late sup. §. 1. & 2. sed id ita demum procedit, si post constitutum tempus ad appellandum, transierit sententia in rem iudicatam. Id t antiquiori iure citiuli bidui, aut tridui metis circumscribatur, l. §. biduum, D. quando appell. sit postmodum, decem dierum constitutum fuit, auct. hodie. C. de appell. cap. significauerunt. 36. de tibus, cap. quo ad consultationem, 15. de re iud. l. 22. tit. 2. par. 3. Andr. Gall. lib. 1. pract. cap. 439. & nonioritandem iure ad quinque dierum terminum est redactum. l. 1. tit. 18. lib. 4. noue Recopil. diximus superius anno, tract. de appellat. §. 10.

Quo elapso, non potest ob instrumenta recenter inuenta, alia se probationes retractari, l. si patronus, 12. D. de bon. libert. l. sub praetextu. 19. C. de transaction. l. sub specie. 4. D. de re iud. aliquibus exceptis casibus, quorum ibi meminuit gloss. verbo, *graua*, laetius Maranta, vbi ord. iud. 6. part. act. v. circa, *decisoria iudicij*, ex num. 130. qui viginti quatuor casus congefuit, in quibus non transit in rem iudicatam. Et si igitur

tur iniusta sit sententia, non tamen est nulla, pro eaque semper praesumitur, l. res indicata. 207. D. reg. iur. Semperque, maxime si sit antiqua, quod sit iusta, Bald. in cap. 1. de milite vassallo, qui contumax est, n. 11. Innoc. & Hostien. in prin. praesentia, de renouatione, quia creditur legitime esse processum, capit. sicur. 16. in fin. de re iudic. & ex alius causis iudicem animum suum informasse, cap. cum ad sedem. 15. de restitutione spoliati. gloss. fin. in cap. quoniam contra falsam, vbi Lanfrancus, in principio, numer. 2. de probationibus, Decius. in l. quod quis, num. 7. D. de regul. iur.

Sententia quoque ius facit inter litigatores, l. in genium, 15. D. de stat. hom. tot. tit. C. de re iud. l. 19. tit. 22. art. 3. Pinelus, in l. 1. §. par. cum, §. C. de bon. mar. nam regulariter alius contra quos non est firmatus processus, non praedicitur. l. spe, 63. infr. h. tot. tit. C. quibus res iud. non nocet. l. 20. tit. 22. par. 3. Bald. in l. 2. in fin. Cod. de fermanibus & latinis infr. dicemus. Vnde stricti iuris vocat Alex. consil. 48. nu. 6. vol. 6.

Et ex ea non modo is, qui obtinuit exceptionem habet liti finitae, si conuenitur, de re iudicata, cap. 1. de liti contest. lib. 6. & tot. tit. n. de exceptione rei iud. sed etiam actionem, vt satisfat sententiae, l. miles, 6. §. fin. infr. hoc tit. l. actori. 8. C. de reb. cred. qua olim in duplum per infamiationem crescebat. Paulus, lib. 1. sentent. tit. 19. & lib. 5. tit. 5. Potestque iudicis officium implorari, vt si sententiam exequatur, & continentium quidem in iudicio reali si res statim restitui potest, §. 1. instit. de officio iud. post quatuor autem menses in personali a tempore latae sententiae, l. fin. C. de viar. rei iud. quamuis hodie alio iure vtamur, de quo latius in enarratione, l. 2. inf. hoc tit.

Sed an ille effectus sententiae sit consequens, vt ex ea dominium transferatur, sic interpretet controuertunt, vt inter eos nullus articulus in plures sit opiniones diuisus. Alij enim cum Accurs. in gloss. nostrae rubr. & in l. Pomponius, 13. §. si iussu, verbo, *resistit*, D. de acq. possess. & in l. hoc iure 5. verbo, *dominia*, D. de iust. & iure, & in §. verbo, *ius sit*, instit. de officio iud. alijque in locis passim, sententiam posse transferre dominium continent; dum tamen, vel a parte victa, vel a iudice (cuius factum est censetur factum partis, l. si ob causam. 13. C. de iurisdictionibus (traditio rei super qua litigatur facta fuerit: sine ea enim dominium transferri non potest, l. traditionibus. 20. C. de pactis. In qua opinione vltra Doctores hic fuisse videtur Alexand. consil. 4. num. 4. lib. 5. decius, consil. 564. num. 3. & plures ex antiquioribus, quos refert, & sequitur Iaso, in dict. l. ex hoc iure, nu. 44. Ferrara, num. fin. & in forma sententiae diffinitivae, nu. 3. vers. 1. A uiles in capitulis Praetorum, c. 1. gloss. *la partes*, no. 4. cum seqq.

Alia autem cum eodem Accursio, parum sibi constanti, in l. exceptio, §. 8. verbo, *expertus*, D. de exceptione rei iud. & in l. Iulianus, 60. verbo, *natura*, D. de cond. ind. debet. & in linter officium, §. 5. verbo, *dominium*, D. de rei vindicat. negant sententiam posse dominium transferre, etiam si secuta traditio fuerit: quoniam cum reus victus, sententiae auctoritate ductus rem auctori, credens eius esse, tradiderit vel a iudice tradit passus fuerit, non potuit dominium amittere, ex reg. l. si procurator 35. in fin. D. de acq. rer. dom. l. 3. §. subulius, D. de cond. cauf. dau. innot. l. id quod nostrum 11. D. de reg. iur. In qua opinione videtur fuisse Petrus, Cynus, & Raynerius, in l. 1. C. commune vtriusq. iud. Iacob. Butricar. in dict. leg. ex huius, quos ibidem refert Iaso, dict. nu. 4.

Alij vero cum Bart. ibidem nu. 6. Lanceloto deo. col. 3. Speculatore, tit. de actionibus §. super petitionibus, versic. *caeterum*, actiones reales a personalibus distinguunt. Alij cum Hostien. & Ioanne Andree, in cap. propositus, de concess. preb. iudicia vniuersalia a parti

à particularibus separant. Quorum omnium opinio- nes ultra Iaso. in rub. hoc tit. & in dict. leg. ex hoc in- re, sigillatim discutunt alij. & in dict. leg. ex hoc in- re, sigillatim discutunt alij. & in dict. leg. ex hoc in- re, sigillatim discutunt alij. & in dict. leg. ex hoc in- re, sigillatim discutunt alij.

12 Ego, vt certa difficilis huius questionis resolutio habeatur omnib. opinionib. reiectis, sequentia statuo. Primo, quod vbiuque res, quæ in iudicium deducitur, in potestate alterius ex litigantibus non est, vel ius mere incorporale in se continet, tunc per solam sententiam, & iudicis adiudicationem dominium transferretur, etiam si nulla traditio, vel quasi possessio transierit, etiam si nulla traditio, vel quasi possessio transierit, etiam si nulla traditio, vel quasi possessio transierit.

13 præcesserit. Ac t. proinde in iudiciis duplicibus familiar. et cunctis, communi diuidendo, & finium regundotum, quia nullus ex sociis, vel coheredibus possidet. l. in tribus. 13. D. de iud. iuncta glo. verbo sane uno casu. in §. eque si agat. Inst. de act. solam adiudicationem adnerit, in lego 30. §. aliuo, ibi; Flumina enim confistorum officio funguntur. D. de acq. rer. dom. iunctis his, quæ in explicatione, verbis, censori, censoris, & consistoris, obli. nat. Brifonius. lib. 3. de verborum signific. fol. 74. Vlpianus in fragm. tit. 19. §. singularorum, & §. adiudicationis, & ibi Coiac. Baldus, & Præcius, in dict. §. fin. Inst. de officio iudicis. Ant. Contius, lib. 1. disp. c. 12. Card. in dict. cap. proposuit, oppositione 8. Idemque contingere t. in iure mero & incorporali provt est, ius electionis, in quo per solam sententiam dominium, & quasi possessio acquiritur, vt in capit. significauerunt. 11. de iud. quem Abb. & Felinus, ibidem nimis ad hoc commendat, & extollunt: quamvis contrarium non satis recte tradidit Casiodorus, decif. 7. de causa poss. & prop.

14 Secundo, vbi res de qua controvertitur ab vno ex litigantibus possidetur, & ab altero actione reali petitur, & exigitur, tunc si per actore feratur sententia, non potest per eam dominus effici, absque eo quod traditio interueniat. Quia t. cum iudicia contractibus assimilantur, l. 3. §. idem scribit. D. de peculio, cum notatis à Felino, in rubr. de re iudic. n. 12. Pedro Fabro. lib. 1. semest. cap. 12. Florez de Mena. Practicaram quæstion. cap. 5. ex num. 46. quemadmodum per contractum, quis ex solo titulo, absque traditione effici dominus nequit, dict. l. c. traditioibus, cum similibus, ita nec per sententiam. Vt ego præter alios colligo, ex dict. cap. proposuit. 4. de concess. præbende, vbi ad transferendum dominium præbende non sufficiebat sententia Celestini, sed fuit necessaria traditio per inuestituram, & ex t. text. profusus in hac materia incognitio, in l. habere licere, 55. ff. de evictio. Vbi etiam si sententia ferat lara contra emptorem, non tamen is de evictioe aduersus venditorem agere potest, neque stipulatio, habere licere, commissa censetur: nimirum, quia sententia sola, vt ipse tex. ait, absque rei deduct. vel traditione non potuit dominium transferre in euincementum.

15 Quod verum est vique adeo, vt si quis ex primo decreto in possessionem missus fuerit, & deinde sententia secundi decreti feratur, non possit ex illa dominium consequi, quamvis rem occupet ex primo decreto: nisi iterum ex secundo redeat, vt singulariter notauit Angel. in dict. §. fin. & menti tenendum docet Boerius, decisioe 227. num. 11. sicque intelligenda esse iura, in l. si finit. 15. §. Iulianus. ff. de damno infecto, c. contineri. 9. de dolo, & cont. Idemque esse t. do-

ceo in iuribus incorporalibus, quæ rebus corporalibus coherent, & habet admixtam facti naturam, qualia sunt iura seruitutis prædiorum, & iuridictio, in his enim sola sententia ius non præstat, nisi quasi traditio, quæ in his obseruatur intercedat. l. qui vniuersas. 30. §. item cum Prætor. ff. de acq. possessio. l. sciendum. 15. §. si fundus. ff. qui satisfactio cog. l. n. est mirum. 26. §. sciendum. ff. de pign. act. cum aliis, quæ tradit Innoc. in cap. c. nostris. de concess. præb. Alex. in dict. l. Pomponius §. si iussu. ff. de acq. possess. ff. Sed hic illud videtur mouere, quod cum in actione reali vindicationis is, qui agit se dominum esse, & contendat, & probare debeat. l. in rem. 24. C. de rei vind. l. doce ancillam. 9. C. eodem. l. 1. C. de alien. ind. cap. examinata. 15. de iud. amplius per sententiam effici dominus non poterit, leg. sequitur. 4. §. lana. ff. de vsucap. §. sic itaque discretis, inst. de action. Quem scriptulum, vt remoueat, animaduertes, quæ supra diximus non ita intelligenda, quasi traditione secuta actor in iudicio reali per sententiam dominus fiat, sed vt si vere antea dominus fuerat declaratur per sententiam cum dominum esse: ad id enim actio realis proponitur, leg. Pomponius. 40. §. sed & is. ff. de procurat. & ex diverso. 35. §. 1. ff. de rei vind. l. scuti. 8. §. sed si quærat, ibi. Per sententiam non debet seruitus constitui, sed quæ est declarari. ff. si seruitus vind. Deincepsque mediante illa sententia, & traditione eius virtute facta, res sua quiete, pacifice quætur.

16 Si vero inspecta veritate dominus non erat, & iudex nihilominus aliqua ex causa pro illo iudicauit, virtute sententiæ, & traditionis si non verum (quod non potuit obstante errore tradentis, vt in dict. §. libtilius) at saltem præsumptum dominium consequetur, præsumptione iuris, & de iure, quæ ex sententia oritur, quæ in rem iudicatam transit, dict. l. res iudicata. 207. ff. de regul. iur. dict. c. quo ad consultationem. 15. extra hoc tit. notant omnes, in cap. quoniam contra falsam, de probate l. Menoch. cum seq. incipietque lib. 2. præsumptione. 67. num. 47. cum seq. incipietque omnes dominij effectus habere, vt in leg. statu liberi. 29. §. Quintus Mutius, vers. neque interesse, ff. de statu liberi. in l. cum putare. 37. ff. fam. et c. ff. & in l. 3. §. item quæri. D. de reb. eorum.

17 Aut si forte condemnatus dominus non erat, incipit victor vsucapere, & publicianam habere, l. iuxta text. sic intelligendum, in dict. l. Pomponius. 13. §. si iussu. D. de acq. poss. ff. & in l. si per errorem. 17. D. de vsucap. leg. 3. in fin. D. de public. iuncta. l. clauibus. 74. D. de contrah. empt. hæcenus, cum sententia pro actore fertur.

18 Quod si non pro eo, qui rem vindicabat, sed pro reo fuerit iudicatum, licet sint, qui existiment sententia absolutoria in eius fauorem lata, rerum dominium ab actore aufert, vt constat ex communi, quam refert Alberic. in dict. l. ex hoc iure nu. 25. Roma. & Alex. nu. 12. in dict. §. si iussu, & ex alijs nouissime congestis à Zeuallos, lib. 1. pract. comm. quæst. 511. Ego verius existimo, quod si sententia iusta, & legitima fuit, non potuit rerum, qui iam dominus erat amplius efficere dominium, diximus sup. nu. 22.

19 Sin autem vere actor dominus erat, & pro reo pronunciatum est, tunc dominium apud actorem manet, quamvis propter sententiæ præsumptionem detur reo exceptio rei iudicatæ, vt Papinianus ait, in dict. l. exceptio. 28. D. de except. rei iud. quan. vltra Accurs. ibi & Doctores, sup. relos, si accipit Cuiacius ad Papinianum, lib. 27. quæst. ad illam legem. Nam licet dimisso, siue retentio rei soleat sufficere, vt quis nouo titulo accedente dominus constituitur. l. qua ratione. 9. D. de acq. rer. dom. §. interdu. vbi diximus. Inst. de rerum diuision. cum tamen in hoc casu, concedentis iurium non ordinatur ad translationem dominij, id reo acquirit non potuit, argon. l. non omnis

20 D. si cert. petar. & melioris text. in l. si pro fundo. 33. C. de transact. quam in optima quæstione explicat, Molina, lib. 4. de primogeniis, cap. 9. ex nu. 21. & in alio Ant. de Quæstada diuers. quæstion. cap. 10. num. 7. Hæc de sententia in actionibus realibus.

21 Tertio, & vltimo constituo quod vbi quis actioni personalis experitur, non vt sibi aliquid, quod suum erat restituitur, vt in actione commodati, aut depositi, sed vt sibi aliquid detur, vel tradatur, in quo obligationum substantia consistit. l. 1. D. de oblig. & action. tunc sententia, si iussu per actore feratur, transferretur in eum dominium, dummodo traditio interueniat. l. qui ex pluribus. 20. D. de noxalib. act. l. sed si res. 5. D. communi diuid. quia & itaque per actionem personalem intendit, §. sic itaque discretis Inst. de actionib. l. vbi autem 75. §. fin. D. de verbor. obligation. Si vero reus à petitione actoris absoluitur, tunc si iuste, quia vere nihil debebat, manebit in totum liber, & actori ead. actione agenti reus exceptionem opponere poterit. l. cum quæritur. 12. D. de except. rei iud. Sin autem iniuste, quia verus debitor erat, manebit naturaliter obligatus, atque ob id, si soluerit repetere non poterit, vt in l. iudex. 18. l. Iulianus. 60. D. de cond. dict. ind.

22 Quæ omnia æqua lance in arbitrorum sententiis obseruanda sunt, vt contra alios defendit Felinus, in cap. cum venerabilis, numer. 28. de except. lal. in l. fin. num. 119. C. de iure emphyt. & in dict. l. ex hoc iure, num. 45. vbi Orasc. num. 23. Roderic. Suar. alleg. 19. num. 20.

23 Quamvis in sententiis interlocutoris contra obseruetur quas non sufficere ad transferendum dominium, cum communi Doctorem schola finiat Iaso, dict. num. 45. vers. l. iuxta tamen.

24 Quibus illud pro corone adicio, sententiam iudicis non sufficere ad priuandum aliquem quominus de re sua disponere, & illius dominium liberè in alium transferre possit, nisi iusta aliqua, & legitima causa interueniat, vt contra Bart. in l. filius fam. §. diu. num. 6. ff. de leg. 1. defendit Alex. ibid. nu. 19. Alciatus nu. 19. t. Vnde vultur per dominus meis Canonitis, in praxi inferes, quod si quis commiserit delictum, ob quod beneficiis suis priuandus veniat, non solum lite, & iudicio pendente, verum etiam lata iam sententia priuationis contra eum, poterit beneficia resignare, libereque de illis disponere, ex communi, quam res. solait Rosinarius, tract. de beneficiis, cap. 20. num. 6. Vbi refert, ita fuisse iudicatum in Senatu Parisiensi. Rebuff. in praxi beneficii, tit. de modo amittendi beneficia, nu. 52. Flaminus Parisius, lib. 3. de resign. benef. §. 16. ex num. 17. quæ sunt addenda his, quæ in proposito scripsit Couar. in Clem. si furiosus. 2. part. §. 3. nu. 7. vbi solum docuit homicidam beneficio Ecclesiastico priuandum posse interim ante priuationem, illi beneficio renunciare, si quidem iuxta hanc nostrâ obseruationem non solum ante, verum, & post priuationem potest, dummodo ab ea sit appellatum, vt aduertunt iam citati. Quamuis t. si sententia lata esset in causis criminalibus, super bonis quorum amissionem, quis ipso iure incurrat, non solum post sententiam, verum nec ante sententiam posset eorum fieri alienatio, vt expresse apud nos disposit. l. 4. Tauri ad fin. l. 3. tit. 4. lib. 5. nouæ Recopil. vbi plura cumulant. ordinarij interpretes. Quæmadmodum t. nec valet beneficiorum resignatio facta ab eo, qui ipso iure eis priuatus est, ex decisione Rotæ, de re iudicata in antiquis, nouissime, multis exponat à Flaminio Parisio, lib. 3. de resign. benef. cap. 1. ex num. 21. ad num. 39. & q. 16. nu. 33.

25 Ergo (vt ad rem redeamus) relinquatur ex notatis h. §. 4. ex nu. 6. quod cum regulariter sententia dominium non mutat, huius ad superiores titulos continuationem inde sumi non potuit, licet contrarium Aetionij Pichardi Præf. Inst. iur.

cur. in glof. nostræ rubr. existimauerit. Planè quamvis hæcenus iuxta titulum continuationem sæpe laborent nostri, stultum tamen cum labore post Donnellum, lib. 1. comm. cap. 1. ostendimus in præludijs, lib. 4. inst. Iustitiani.

De actione iudicati, cui & ad quem detur, quæ sit, & qualis, & quid ea Victori tribuatur, & interpretatione l. 4. in princ. & §. ait Prætor. 1. & §. ex conuentione. 2. condemnatum. 4. l. miles. 6. §. qui iudicati. 2. & §. iudicati. 3. l. Nefennius. 41. §. fin. l. in iudicati actione. 61. ff. de re iudic. §. 5.

S V M M A R I A.

- 1 Iudicati actio præcipuus effectus rei iudicatæ, & quare sic dicta, & num. 22.
- 2 Actio necessaria est, vt quis in iudicio experiatur.
- 3 Iudicati bona propria auctoritate siquis occupauerit; qua pana mulctetur, & ratio, num. 8.
- 4 Actio in iudicio in primis edenda.
- 5 Lites ex litibus orijs iniquum & contra Reipublic. bene.
- 6 L. 4. §. ait Prætor. D. de re iudicata ratio.
- 7 Iudicati actio nihil aliud exigit, quam probari esse iudicatum.
- 8 Iudicati actioe multa emerari possunt de quibus iudex competens adiri oportet.
- 9 Iudicati actio perpetua, & dua Hispana leges qua hac in re aduersari videntur expositæ, & num. seq.
- 10 Iudicati actio rei persecutionem continet & heredi, & in heredem datur, num. 18.
- 11 Iudicati actio veterem in iudicio deducit nouas quod eleganti offenditur exemplo.
- 12 L. 1. §. 6. §. fin. ff. de re iudic.
- 13 Actio inibi persecutoris id quod nobis abest persequimur & num. 18.
- 14 Actio noua, quæ ex priore constituitur, prioris causam & originem seruat, & num. 20. & 21.
- 15 Iudicio quasi contrahitur, & accuratè exponitur l. 3. idem scribit. D. de pecul. & cum. seq. & numero 48.
- 16 Iudicium reddi in iniuriam, qua ratione dicitur.
- 17 L. 3. C. ad S. C. Maced. l. qui id quod. 3. D. de donat.
- 18 Sententia, & res iudicata actionem in factum producit.
- 19 L. 1. §. 2. C. de reb. red. & iur. iur.
- 20 Iudicati actio, an nouo iudicio exercenda, extra ordinario exequenda sit, valde controuersum.
- 21 Sententia duplicem agendi modum exhibet, & iudicati actionem, & iudicis officium vtiliter terque diuersis finibus, & temporibus.
- 22 Sententia paratam habet omni iure executionem extra ordinem exercendam.
- 23 L. minor. 25. an. 45. ff. de minor. l. si pignora. 50. ff. de evictio.
- 24 Actio inibi verbum generale est, & petitione persecutionis que continet.
- 25 Actio aliquando persecutionem tantum continet.
- 26 Iudicati actio quomodo proponenda.
- 27 Iudicati actio in procuratorem, an detur late discutitur, & sequuntur, & quid iure Hispano, n. 44.
- 28 L. minor. 51. procurator. 67. D. de procurat. & nu. 49. & num. 58.
- 29 L. procurator. 28. D. de proc. & num. seq. & num. 74. & sequens.
- 30 Procurator, qui se liti non obtulit, an & quatenus iudicati actione teneatur, & si ea actio concedatur.

- 38 *L. in causa. 27. §. fin. D. de procur.*
- 39 *L. hoc iure. 86. D. de solutioib.*
- 40 *Adiectus licet exigendi ius non habeat, solui tamen etiam stipulare inuito illi potest.*
- 41 *Procurator, qui se liti obtulit, & iudicalem stipulationem, iudicatum solui, interposuit, iudicati actionem habet, & in eum datur.*
- 42 *Procurator, qui se liti non obtulit, nec iudicatum solui stipulationem interposuit, iudicati actionem non habet, nec in eum datur.*
L. 4. in princ. ff. de re iudic. num. 42.
- 43 *L. 4. §. si ex conventionem ff. de re iud. animaduersa.*
- 46 *Procurator contestatione liti dominus efficitur.*
- 47 *Dominus rei alius a domino liti, dominus rei ad quem commodum, & in commodum rei pertinet, dominus liti, qui instantia dominus est.*
- 49 *Procurator quis & quale eius officium.*
- 50 *Defensor, quis dicatur, & quatenus a procuratore differat.*
- 51 *Iudicati actio quare contra defensorem, qui se liti obtulit datur.*
- 52 *Minores quibus in causis idonei defensores non sint.*
- 53 *Minoribus lesis, aut circumscriptis tantum Prator succurrit.*
- 54 *Minoris factio, non dolo siquis decipiatur non impedit restitutionem.*
- 56 *Minor. 25. annis idoneus defensor, & procurator alienis negotiis gerendis esse potest, iure civili Roman. estis Pomicio, & Hispano iure aliud cautur.*
- 57 *Minoribus in quibus casibus restituitur, quare estis diffiditibus quoque succurratur remissione.*
- 58 *Procuratori ad lites est iudicati actio denegatur, datur tamen procuratori ad negotia.*
- 59 *Procurator ad negotia efficitur ex sua persona, an obligetur late discutitur, & num. seq. usque ad num. 71.*
- 64 *L. fin. D. de instit. actioe.*
- 65 *L. si pupilli. §. item si procurator ff. de neg. gest.*
- 66 *Tutor qui suam suam pupilli negotia non adstrinxit, sed illa iutorio tantum nomine gessit, ex sua persona non tenetur.*
- 67 *L. seruum Titij. 49. §. mandati.*
- 68 *L. 1. §. est autem ff. de inst. actioe.*
- 69 *L. siquis mancipii 17. §. si seruum ff. de inst. actioe.*
- 70 *L. prior. 4. §. in eum ff. de administrat. rerum, ad cuius pertinet.*
- 72 *Iudicati actio in procuratorem, qui se liti obtulit semper datur, & quare, & num. sequentibus.*
- 73 *Iudicati actio non tenetur, qui coactus propter muneris necessitatem rei suscipit, aut liti defensionem, ex num 85.*
- 74 *Contrarium eadem semper est ratio.*
- 76 *Procurator in rem suam iudicati actionem, & habet, & patitur num. 83.*
- 77 *Procurator in rem suam, qui proprie dicatur.*
- 78 *Procuratorum in rem suam mandatum quomodo Hispanie concipiendum.*
- 79 *Procurator in rem suam, et quis constituitur, an et nominati etiam actiones cessis esse oporteat, nimis controversam inter interpretes, & nu. seq.*
- 81 *Cessis actionibus, qua actiones transant in cessionariis.*
- 84 *Procurator in rem suam, & ex parte actoris, & ex parte rei efficit quis potest.*
- 85 *Tutor, & curator iudicati actione non tenetur.*
- 86 *Tutor, qui calumniis litigant iudicati actione tenetur.*
- 87 *Procurator si ob calumniam, aut contumaciam condempnetur, iudicati actionem patitur.*
- 88 *Tutor, qui pupilli bona habet potest donec illa exhibeat, iudicati actione vrgeri.*

- 89 *Syndicus, siue actor municipum actione iudicati non tenetur, & num. 94.*
- 90 *Ciuitas non consentit, non delinquit, nec ex contractu, aut delicto tenetur, & num. 94. & 95.*
- 91 *Ciuitas non potest excommunicari, & qua ratione interdictum Ecclesiasticum pari potest.*
- 92 *Ciuitas, vniuersitas, capitulum quomodo contrahere possint, & teneantur, & in quibus bonis executionem patiantur.*
- 93 *L. municipales 14. ibi quibus summa respublica commissa est ff. ad municipales.*
- 94 *Iudicati actio aduersus ciuitatem in quibus bonis exercenda.*

Nobilior, qui ex re iudicata, & sententia, qua in eius auctoritatem transiit, effectus oritur (vt & iam sup. in initio in principio praecedentis paragraphi praefati fuimus.) Est qui huius quinti epigraphae, siue inscriptione infamatur. Contrauersis enim, qua inter priuatos alicuius rei ratione exortae erant, iudicis sententia absolute, vel condemnatione sopitis, legitimumque iustitiam (de quibus late infra) elapsis habet is, qui obtinuit si conueniatur exceptionem liti finita siue rei iudicata, vt tot. tit. ff. de except. rei iud. l. 7. tit. l. 1. §. 9. tit. 22. part. 3. Greg. omnino videndus, in l. 35. glo. 6. tit. 13. part. 3. qui recte in fine illius glossae eadem l. 1. §. ibi: *Perdiesse la carta*, interpretatur, & diximus iam sup. cap. 4. numero 4. item & actionem, vt satisfit sententiae, quae iudicati appellatur in hoc l. 4. & alius supra allegatis, & in dict. l. si tutor. l. §. siquis cautio. l. si procurator. 28. l. siquis cum procuratoria. 3. ff. de procur. l. item eorum. 6. §. actor. ff. quod cuiusque vniuers. nom. litem si cum exceptione. l. 4. §. quid si homo. ff. de eo quod metus causa. l. si haeres. 7. ff. fam. ex. l. in duob. 18. §. igitur. ff. de iur. iur. l. post mortem. 1. l. tutor. ff. quando ex facto tut. l. qui id quod 33. in princ. ff. de donation. l. ordinata. 24. §. fin. in fin. ff. de libera. li causa. l. styrum. 8. idem Celsus. ff. de nouat. l. Cracc. §. & post. ff. de fideiusoribus, l. i. hominem. 69. l. hoc iure. 86. ff. de solutionibus, l. actori. 8. C. de iur. iuran. l. 1. C. de receptis arbit. l. 1. C. quando ex facto tut. Sic dicta, quia datur iudicati persequendi causa, cuius persecutio in eo est ex edicto Pratoris, vt condemnatus, aut pecuniam soluat, aut a Pratore id facere cogatur, dict. §. ait Prator.

Sane aduersus hanc conclusionem tot in locis 2 a Iure Consultis expressam valde vrgere videtur, aut ex sententia actionem nullam nasci, aut si qua nascitur inaneam eam videri, nihil que amplius ea victori tribui. Quoniam cum certum sit, & antes sine actione eum in iudicio non potuisse tum sit, & antea sine actione eum in iudicio non potuisse experiri, l. si pupilli. 6. §. videamus. ff. de negot. gest. l. soluta pro eo sententia, rebusque rite iudicatis, nihil amplius eum in rebus iudicatis habere. l. miles. 6. §. qui iudicati. infr. eodem, iudic. l. extat. 13. l. fin. §. fin. ff. de eo quod met. caus. doce Vlpian. in dict. §. qui iudicati, eum qui iudicati bona auctoritate sua distraherit furti actione, & vi bonorum raptorum teneri ergo victor iudicati bona si sua auctoritate distrahere non potest, non magis, quam alterius cuiuslibet nondum iudicati, nihil aliud ex sententia, & iudicato ea relinquuntur, nisi vt si quas petitiones habet actionibus experiat, & quod ei debetur per iudicem reposcat, dict. l. extat.

Deinde, cum actione iudicati reus conueniatur, ea 4 ei necessario prius edi debet, vt sic libellus, & iudicialis ordo iterum necessarius sit, si enim ius constitutum habemus, vt qua quisque actione agere velit, eam prius edere debeat. l. 1. ff. de edendo. l. edita. 4. C. eodem aucten. offeratur. C. de liti contest. De qua re late ego ad eandem l. edita, ex nu. 2. copiose praeter alios

hos differui, nec dubitare potest, quin si ea actio sit ad regulam eorum iurium pertineat, vnde vt caeterae actiones, sic iudicati actio, & dari in aliquem a Pratore, & denegari dicitur, l. 4. in princ. sup. eodem, l. si Prator. 75. §. vltim. ff. de iudic. & passim dicitur reus actione iudicati conueniri, vt const. ex relatis supra n. 1. Vnde recte Imperator, in d. l. 1. C. quando ex facto, tit. ibi: *Exercenda est*, eam deno proponenda esse insinuat. Ergo aut ex iudicato actio nulla nascitur, aut ea ita est inanis, vt litem iterum sit instauranda, quomodo per sententiam, a qua appellari non licet, iam sopita sit. 5 His tamen difficultatibus non obstantibus dicendum est recte atque vtiliter constitutum esse, post re iudicatum nihil amplius, quam actionem iudicati dari, eodem modo, quem infra aperiemus, exercendam; nec tamen idem illud incommodum verendum, quod nefas esse putatur, in l. terminat. 4. C. de stud. & lit. expen. licet altera conlurgere ex liti primae materia: 6 qua ratione Prator, in hac l. 4. §. ait Prator. *condemnatum, vt pecunia soluat, nisi ex magna, & idonea causa, non esse audiendum*, alias satisfacere paratus sit, voluit; eo quod esset absurdum contra rationem pecuniae exigenda obligationes ex obligationibus fieri. Quod si vrges, non ne, & id ex noua hac iudicati actione nascitur? Respondebo; ante vetere actione 7 agetem probare debuisse, sibi deberi, quod intendit: in iudicati tamen actione nihil aliud quaeritur, quam an iudicatum sit, l. post re. §. 6. ff. de iur. iur. hoc tit. atque hoc probato res statim mandat executioni; quod ante re iudicatum non sit, l. 1. l. 2. C. de execut. rei iud. Ideo 8 autem victor propria auctoritate iudicati bona non capit, vt diximus, 3. quoniam cum, & hic an iudicatum sit, inspicendum sit, nemo in sua causa idoneus iudex est. l. Iulian. 17. D. de iud. C. *ne quis in sua causa iudicet, & c.* Deinde si priuatus vim facit, periculum est ne praebet ea res occasione maioris tumultus: quam ob rem melius est re per Magistratum transigi, l. non est singulari. 17. D. de reg. iur. Praeterea t heri potest, vt reus aduersus actionem iudicati multis exceptionibus vt possit. Quid, nisi dicat se solidum facere non posse, parata hic exceptio est. l. si qui 16. l. Nescenius. 4. §. §. fin. inf. hoc tit. Quid si dicat non secuti modum iudicati, vel lege, vel sententia constitutum, huic quoque exceptioni aduersus executionem locus est, l. ab executione. §. C. quor. ap. non recip. quid si mandator condemnatus, postulet mandari sibi a creditore aduersus reum, eundemque mandatorum suum actionem; & hic audiendus est, ex l. si fideiussores. 41. §. vltim. D. de fideiusor. Sed et si filius fam. ex mutui causa condemnatus, vtatur exceptione Senatui Consulto Macedoniae audiendum eum esse, scriptum est in l. tamesi 13. D. ad Macedoniae. De quibus omnibus, quae aduersus executionem opponi possunt, de quibus latius postea, si erit controversia necesse est aliquem iudicem sumi, qui extra ordin. iudicio rem expediat, vt dicemus statim.

10 Est praeterea actio iudicati vilis, quia perpetua est, & non tantum victori in condemnato, sed etiam haeredi, & in haere de datur, l. miles. 6. §. fin. inf. eod. l. 19. ibi: *Del iuricio nasce demanda a aquel por quien lo dieron de manera, que si eade demanda aquella cosa fasta treynta años a aquellos contra quien fue dado el iuricio, & años herederos, tit. 22. part. 3.* notant omnes, in dict. §. fin. Greg. in l. 35. glo. 6. ad med. tit. 18. p. 3. Sed obicitur ex eodem iure Hispano difficultis text. vbi contrarium probat videtur, in dict. l. 35. verliculo fin. ait lex. *Mas si fuere carta que sea ganada sobre el pleyto de alca. da o sobre iuricio asinado, tal carta deve valer per toda via para poderse defender por ella, pero si demandaren, & non la quisieren mostrar para defender con ella, si entrare en pleyto, o se defendieren por otra razon, & dieren iuricio contra el pierdesla carta, & de alli adelante non se puede defender por ella, proque non fue mostrada en el tiempo* Anonymi Richardi Prae. Institur.

que denia, ex quibus verbis patet exceptionem rei iudicatae, quae item habet eandem naturam, qua habet actio iudicati, vt sup. diximus, & nominatim probat dict. l. 19. ibi: *Si el demandado fuere dado por quien es iuricio de aquella cosa que le demandan, siempre se puede defender el, & sus herederos por raxon de aquel iuricio tambien contra aquel que le demandara, como contra sus herederos, & contra todos otros que fizieren demanda por ellos en su nome, eo ipso amitti quod in vim exceptionis, non obicitur. Ergo perpetua non est.*

Nodum hunc variis modis dissoluit Greg. d. gl. 6. 12 ego quoad hanc rem attiner, confitendo eam legem, neq; ad actionem iudicati, neq; de eius litem executionibus intelligenda, quoniam, et si haec etiam hodie nouiori iure Hispano attento, breuiter vix sit. l. 63. Tauri. l. 6. tit. 1. §. lib. noue Recopil. Vbi notant nostris, & multi relati a los. Yañez Parladotio, lib. 1. ter. quod. c. 1. §. 14. per tot. maxime, na. 8. & 9. & dicimus seq. c. eius tamen non meminit Rex Alphonsus, in d. l. 35. ver. si. quam vt intelligas, conferas, velim l. 28. cum seq. illo tit. 8. cum l. 1. & seq. & praecipue cu l. 4. ver. *Fueras ende si el Rey le quisiese fazer merced como señor, tit. 24. eadem p. 3.* ex quibus veru intellectu d. l. 35. coficies, solent enim sed per raxon electicia gratia principes concedere, vt non obstante re iudicata, seu quod liti sit finita iteru causa reuocatur, attentiusque examinatur, vt olim adnotat Accursius in l. fin. verbo, impetrata, C. sententia rescindam non posse, sibi post eum ibi caeteri, & in l. causas, 16. C. de trasact. Bald. in c. tu duxisti, ver. *quero supplicatum est Principi, de officio deleg. quo casu si is, cui huiusmodi indultus est rescriptu, eo non vtatur, cu actor iudicati actionem aduersus eum proponit, aut executionem petit, sed rescripto omisso litem suscipiat, & agitat, eam litem ut commodo priuatur, vt in d. l. 35. expressu est, ibi: *Pierdesse la carta, & de alli adelante non se puede defender por ella, quod licet non sic exornatum tradidit Greg. eodem in loco, quae sunt non iur. d. l. h. & d. l. causas, & l. sententia. 3. C. de erro. aduo.**

Diximus hac actionem iudicati appellari, quia iudicati perfectio gratia constituta est, quia rei perfectio continet, qua vna nota perpetuata actionis notari constat, ex d. l. miles. 6. §. fin. inf. eod. iuxta doctrinam, in honoratis, 34. D. de oblig. & act. l. contra. 6. §. post l. h. mulier, 21. §. haec actio. D. ter. amot. si quidem, quae hanc continet, & haeredibus dantur & in haeredes, §. sequens. §. rei persequenda, Inst. de act.

Vnde efficiunt veterem actionem, qua quis iudicio expertus fuit noua hac iudicati, & in formam, & nouari. Ergo quamuis penales ex malificis actiones, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum damni iniuria in haeredem rei non competat, §. non autem, Inst. de perpet. & tempor. act. si quis tamen ex ea causa condemnatus sit iudicati actio, quae inde nascitur rei perfectio continetur, & haeredi, & in haeredem dabitur text. in d. l. miles. §. fin. cuius in illis verbis, *Iudicati actio perpetua est, & rei perfectio continet item haeredi, & in haeredem competi.* Hunc esse sensum, vt fatearis necesse est, quia generaliter id Vlp. definit, nec vlla circumscriptio vitur, cum etiam quia esset stultum dubitari, an iudicati actio, tunc rei perfectio habeat, cum secuta est ex ea causa, quae & ipsa rei perfectio continetur.

Sed obstant huic verissima sententia, duo pene inexplicabilia. Alterum quod cum persecutoris actionibus, sine persecutioibus, id prosequantur quod nobis abest ex patrimonio, d. l. in honoratis, eo casu, quo quis ex delicto damnatus est, actionem iudicati perfectio, non continere videbitur, cum conllet penalis actionibus ex delictis non dantur reos in ea pecuniam, quae nobis ex patrimonio abest. §. rei persequenda, §. ex malificis, Inst. de act. Sequens, &

C 2 quod